

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-173656-p0002-6

DFG



1701.

1. Berger, Dr. Henricus : De modis declinandi recognitionem et diffensionem instrumentorum.
2. Fischbeck, Christian Michael : De promissionibus iuratis motu extortis
3. Hafermyg, Christoph Friedericus : De iuris naturae indispensa-
sabilitate
- 4^a = Hannekenius, Philipp Lutovinus : In gratiae principio christia-
ni in res noxae capitatio.
- 4^b = Hannekenius, Philipp Lutovinus : De jure gratiae principio
christiani, in res noxae capitatio. Vn der Begehrungs-
Recht eines christlichen Fürsten, hag never in der Schule veranzeiget.
5. Heber, Georg Michael : De actionibus confessoriis et negatoriis.
6. Heber, Georg Michael : De exceptionibus iuris apponentis.
- 7^a = Hornius, Klop. Henr. : De permissione Universitatis, et
quoniam ab eadem possidatur. 2. Exempl.
- ga, b & c. Hornius, Klop. Henr. : De peina inficiantis possessionem
[280. D. N. I.]
et l. f. De rei misere. 3. Exempl.
- ga, b Hornius, Klop. Henr. : De sacramento Eucharistie et P. g.
C. novi si.

1709.

10. Klemens, Andreas: De confessione Christi et eam
secunda Christi responsione.

11. Muller, Augustus: De lupanarie in re publica

Brix Tolerantia; 2^o de provocatio lexis et evangelii
Neumanni, 3^o Georg: De provocatio lexis et evangelii
12. Rappresent. Christianus: De cura amonae.

13. Seubach, Henricus Ernestus: Minim in contractu
innominata Germania paenitentiam admet
lat?

14^o-st Schraeter, Dr. Paulus, Ordinis iuridici: -- Deca-
nus: 1. b. s. p. d. (ad Disputationem. -- Chro-

14^o-st Seubach, Henricus Ernestus: Minim in contractu innominata Germania
15. Straussius, Gottfried: De prescriptioris Tempore
Civica hereditatis immisionem et actionem.

16. Straussius, Gottfried: De actionibus beneficiis
et stricti iure.

17. Insanus, Gottfried: Ordinis iuridici: -- Decan:

1. b. s. p. d. (ad Disputationem inauguralen Christo-
phi Theodori Heinemann iurital)

18. Iacovus, Godofredus: Disputatio iuridica in eis, exhibens
observationes forenses.

19. Iacovus, Godofredus: De cibis Diuini Marci.

20. Werner, Dr. Balduin: De clausula rogatoria in testamento
adjecta.

21. Werner, Dr. Balduin: De iuramentorum veritate, coramq.
in foro um.

22^a.^b Werner, Dr. Balduin: De auctoritate iuri oris et
civica obligaciones naturales.

8713.

700. 5.
Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA
1701 M. gal. R3
DE
SACRAMENTO
ZENONIANO,
Ad L. IX. C. Unde vi,

Quam
Ex Decreto Magnifici ICtorum Ordinis,
In Illustri Academia Vitembergenſi, 1651

SUB PRAESIDIO

D. CASP. HENR. HORNII,
ICti, et Antecessoris, Curiae Electoralis Provincialis, Scabinatus
et Collegii Iuridici, nec non Iudicij Provincialis in Lusatia
Inferiore Assessoris,

Patroni, et Doctoris Sui Devenerandi,
PRO LICENTIA

Summos in utroque Iure Honores et Privilegia

DOCTORALIA capessendi,

IN AUDITORIO MAIORI,

Die XIX. Decembr. c. 10. GCI.

horis ante- et pomeridianis

publice habebit

CHRISTIAN. Zemunich / Belgera Misnic.

REGIS Poloniar. et ELECTORIS Sax. in Circulo Electorali Redituum Pro-
vincialium Procurator, et Consistorii Ecclesiastici Vitemberg. Advocatus
Ordinarius.

VITEMBERGAE, Literis CHRISTIANI GERDESII.

DIPLOMATICA IN ACADEMIA URINENSIS

SACRAMENTO EUNOMIANO

WILHELMUS

EX DOCIMONIUS LIBRARIUS ORBIS Quidam
LIBERATORES VITAE ET MORTES

D. CASIUS HENR. HERNII
LIBERATORIS VITAE ET MORTIS

PROLICINTIA

LIBERATORIS VITAE ET MORTIS

EX DOCIMONIUS LIBRARIUS ORBIS Quidam

LIBERATORES VITAE ET MORTIS

CLEMENTIUS CLEMENS POLEMIUS



DE
SACRAMENTO ZENONIANO.

Imperator ZENO A. Sebastianio,
Praefecto Praetorio.



*I quando vis in indicio fue-
rit patesfacta, deinde su-
per rebus abreptis, vel in-
vasis, vel damno dato, tem-
pore impetus quaestio pro-
ponatur: si non potuerit,
qui vim sustinuit, quae perdidit, singula com-
probare: taxatione a indice facta, pro per-
sonarum atque negotii qualitate, sacra-
mento aestimationem rerum, quas perdidit,
manifestet: nec liceat ei ultra taxationem a
indice factam iurare; ♂, quod huinsmodi
iurejurando lato fuerit declaratum, indicem
condemnare oportet. Dat. Idib. Dec. Con-
stant. post Conf. Basilii II. ♂ Armatii V.C.*

4 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

I.

*Etymolo-
gia, et Ho-
monymia :
quid Sa-
cramen-
tum apud
Latinos o-
lim signifi-
caverit.*

Sacramentum, a sacro dictum, varia significazione gau-
det. Apud Latinos veteres (1) ea pecunia sacramen-
tum dicebatur, quam litigantes, tum ille, qui petebat;
tum et, qui incibiebatur, apud Pontificem deponebant, ea
lege, ut, qui in iudicio vicisset, suum sacramentum a sa-
cro auferret; vixi vero ad aerarium rediret. Quod apud
VARRONEM de Ling. Lat. lib. 4. proditum legimus.
Atque illuc pertinet formula illa antiqua, qua Praetor uti
solebat: *Si negas, (an sit auctor) sacramento querito: quan-*
que subiiciebat petitor: Quando negas, te sacramento quin-
quagenario provoco, sponde me, te soluturum quinquaginta a fess,
si auctor sis? Atque sic sacramento quaerere idem est, ac ad
certam spondendam pecuniā reūm provocare. CICER.
Orat. pro Caecin. c. 97. Conf. POLLET. Hist. For. Rom. lib. 5.
c. 5. Ex FESTO autem (2) discimus, sacramenti nomi-
ne id ae; dici coeptum esse, quod et propter aerarii inop-
iam, et sacrorum publicorum multitudinem, consumme-
rebat. Praeterea (3) idem Latinis est, ac iusurandum
solegne, seu religiosa sponsio, aut asleveratio, invocatione
Numinis Divini in vindicem ac testem facta. Ita vero
dicebatur propter sacrorum religionem, testationibus
interpositam, et quia iurans se quodammodo sacraret, seu
devoveret: quomodo pasim apud Scriptores, et in texti-
bus utriusque iuris usurpatur. L. 8. L. II. §. 1. 2. 4. et 5. C. de
reb. cred. Autb. Sacra menta puber. C. si adversus venditionem,
cap. fin. X. de his, quae vi meruere caus. Ex quo etiam Sa-
cramentalium appellatio Iure Feudali ortum cepit. 1. F. 4.
§. 2. 1. F. 10. 2. F. 33, ver. ult. Praesertim vero (4) ονον σπα-
τιωνιδες, seu iusurandum militare, quo obtineraturos se
milites, et facturos iuxta vires, quicquid ab Imperatoribus
mandaretur, spondebant. De quo Sacramento VE-
GET. de Re Milit. L. II. C. 5. POLYBIUS, et ad eum LI-
PSIUS de Milit. Rom. lib. 1, Dial. 6. prolixè agunt: quae ipsa
signifi-

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 3

Significatio specialis in L. 8. C. de Legat. L. fin. C. de Veter. L. uit.
ff. de re milit. et alibi pasim reperitur.

II. Apud sacros scriptores vox haec plane alio sensu *Sacramen-*
venit. Nam, quoties Graeci in veteri Instrumento habent *tum quid*
μυσήγον, vulgus Interpres *Sacramentum* reddidit. In *apud scri-*
novo vero Instrumento retinuit quidem saepe *Graecam ecclasticos,*
μυσήγον: est tamen, ubi loco illius sacramentum po- *et in novo*
fuit, ut EPHES. I. 9. C. III. 2. 3. COLOSS. I. 27. Qua- *Testamen-*
ratione Patres, pótissimum AUGUSTINUS, hac voce
usi sunt, ut scil. quaevis signa, rem sacram denotantia, sive
a Deo mandata, sive a Viris Ecclesiasticis excogitata, sa-
cramenti nomine indigitarent. Atque sic AUGUSTI-
NUS signum crucis, panem Eucharistiae vicarium, quem
accipiebant Catechumeni, orationes, exorcismos, sacra-
menti nomine dignatur. *Vid. ipse in Psalm. 141. lib. 2. de*
Peccat. Mer. et Remiss. C. 26. lib. 4. de Symbol. ad Catech. C. 1.
In sensu vero excellentiori sacramenta illae aëtiones a
Deo institutae vocari coepitae sunt, in quibus per externum
aliquid materiale, et visibile signum, cum coelesti re uni-
tum, et iuxta institutionem divinam tractatum, promissio
gratiae de remissione peccatorum, quae isto signo uestita
quasi est, offertur, et singulis, qui rite sacramentis utun-
tur, exhibetur, applicatur, et obfignatur. Quo sensu si ac-
cipias sacramenti nomen, purior Ecclesia duo tantum Sa-
cramenta agnoscit, Baptismum nempe, et Eucharistiam,
meritoque a Romana fessionem fecit, septenario, ut no-
tum est, superbiens numero sacramentorum. Nam licet *Quo sensu*
et poenitentiam *Quae signi-*
Apologia Augustanae Confessionis in nu-
merum sacramentorum referat, sensu tamen improprio *ficio Sa-*
ad Sacra-
menta re-
id fit: qua de re consuli potest MENZERUS in *Exeg. Aug. feratur.*
Confess. Art. 13. §. 13. Conf. B. ZIEGL. ad LANCELL. lib. 2.
Tit. 2. §. 2.

III. Sed cum hisce Sacramentis nullum mihi in praefatio Sa-
fens est negotium. Ex illis vero, quae profanis auctoriorum
bus debentur, quam tertio loco posui, significatio est hu-
sis loci.

A 3 ius

6 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

ius loci; ut scil. *Sacramentum* idem sit, ac *iurandum*: quod vel ipsa inspeccio Legis, quam illustrandam suscepit, in qua haec vox reperitur, abunde docet. Illud vero ipsum **SACRAMENTUM**, de quo Constitutio agit, ab huius auctore, **ZENONE**, **ZENONIANUM** dici solet: quam quidem appellationem apud veteres interpres me legisse, non memini. Primus enim, in quem ego incidi, **ANTONIUS FABER** fuit, qui *Decad.* 18. *Errore* 8. & 9. hoc nomine iurandum nostrum insignivit. Quem postea secutus **HILLIGERUS**, ad **DONELL**. Lib. 26. C. 6. lit. C. **LAUTERB.** in *Colleg. Theor. Pract. tit. de in lit. iur. tb. 23.* nec non in *Compend. Illust. STRYKIUS*, eod. loco; atque **Nobiliss. MENCKEN**. *Tr. Syn. Pand. ad t. de in lit. iur.*

*Zeno unde
oriundus,
quando,
quocum
regnave-
rit.*

*Edidit Con-
stituciones
quarum
quaedam
recen-
tetur.*

*Laudes &
vitia Ze-
nonis.*

IV. Constitutio nostra, ut diximus, auctorem agnoscat **ZENONEM** Isauricum, qui seculo V. post C. N. cum filio, Leone infante, Leonis Thracis, ex Ariadne filia, nepote, (quem avus Augustum nominaverat) aut, ut alii volunt, tutorio nomine filii exiguo tempore, postea solus imperavit in Oriente. Varias ille edidit Constitutiones, sum Leonis Iunioris, & suo nomine, quae quidem non adeo multae fuere, cum Leo Iunior paucis mensibus superstes fuerit avo; ex quibus quatuor in nostro Codice superfunt, L. scil. II. C. de LL. L. 16. C. de Advoc. divers. Ind. L. 9. C. de Numerariis, Actuaris, & L. 8. C. de divers. offic. tum solus suo nomine, ex quibus plures in Codicem Iustinianum relatae sunt, inque eodem adhuc hodie extant. Inter quas et haec nostra est, frontispicio huius Dissertationis nostrae apposita, magnam utilitatem publicare rei prae se fereis. Reliquas collegit, & exhibet **FREYMONIUS**, in *Sympb. Paris*, p. 829. seqq. Ipse vero **ZENO** Imperator fuit, qui alioquin non adeo multum laudis meruit, atque a scriptoribus tyrannidis, aliorumque flagitiorum, ac oscitantiae, accusatur. Pasim etiam ob famosum illud Henoticum, in quo cum Orthodoxis Eutychianos conciliare studebat; quod exhibet **EVAGR.** lib. 3. c. 14. male audit. Finem vitae

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 7

vitae quoque infelicem sortitus est, ab uxore, cum ebrius esset, ut ZONAR. Tom. 3. Annal. scribit, aut, ut CEDRENUS vult, morbo comitali corruptus, vivus in sepulcrum illatus. Res gestae illius tum ex allegatis auditoribus, tum ex THEODORETO, CASSIODORO, NICEPHORO, PROCOPIO, aliisque disci poslunt. Quos egregio conatu confert illustris VORBURGICUS,
Vol. 5. Hisp. p. 315. seqq.

V. In ista vero Constitutione cum sedes sit SACRAMENTI ZENONIANI, antequam de hoc agamus, operae pretium non deerit, ipsam legem ZENONIS, eiusque verba atque mentem paulisper excutere; quo facto eo felicius in rem poterit devenir. Quod dum facio, non omitenda est occasio huius praesentis legislationis: quam *Occasio* tempus editae Constitutionis nobis suggestit: quod in an*Constitu-*
tionis et num incidit post Consulatum Basilii, aut, ut alii habent, *juramenti* Basilisci, & Armati. Si rerum monumenta evolvimus, tefla*Zenoniani.*
ri illa constat, Basilisci illum fratrem socrus ZENONIS,
eo anno, quo cum Armato Consulatum gesit, ZENONEM
Constantinopoli eieisse: hocce in Isauriam profugo, inva-
sisse imperium, omniaque rapinis implevisse: postquam
tamen ZENO exercitum comparaslet, ac Armatus,
Basilisci copiis praefectus, ZENONI se, cum il-
lis, tradidisset, facile Basilisci tyrannidem oppressam
esse, in exilium eo misso, cum uxore, & filiis, in Cappado-
ciam, ubi, cibariis & vestibus desituti, hyeme misere per-
erunt: rediisse itaque ZENONEM Constantinopolin, cum
XX mensibus exulasset, anno post Consulatum Basilisci
& Armati, qui secundum Calvisii, & Contii computum,
LXXVII post Christum natus fuit. Atque ibidem,
Idibus Decembr. eiusdem anni, hanc, quae ad Sebastianum,
Praefectum Praetorio scripta, promulgavit legem. Quae
cum ita sint, nullum plane dubium est, quin violentia,
tempore tyrannidis Basilisci passim commissa, occasionem
praebuerit huic nomothesiae; volueritque Imperator illis
con-

8 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

consulere, quorum bona a Basilio, aut ipsius aſſeclis, abrepta, vel invasa. Atque ideo verba illa constitutionis: *tempore impetus*, Basiliſci tyrrannidem denotare, summi Viri, CUIACIUS ad L. b. n. et IACOB. GODOFRED. ad L. 15. Cod. Theod. de infirmandis bis, quae sub tyrannis, aut barbaris gefa fuit, arbitrantur. De qua tyrrannide procul dubio intelligenda quoque eſt Constitutio ad eundem Sebastianum, Praefectum Praetorio scripta, sub fine Consulatus Armati, in L. 16. C. de SS. Ecclef. In hac vero lege nulla diversa le-
gio tax-
tus.

Summa L. iur. statim sub initio. Res vero eo credit: *Si de violentia 9. C. unde constat, atque damnum eo tempore illatum probari non potest, praecedente Iudicis taxatione, iniurando damnum passi standum eſt, et secundum hocce reus condemnandus.*

VII. Sed, age, expendamus paulo accuratius ipsa verba Constitutionis. Ait Imperator: *Si quando vis in iudicio fuerit patescata. Per vim nostri intelligunt maioris rei impetum, qui repelliri non potest, L. 2. ff. quod met. cauf. vel saltem non facile, et commode, aut absque periculo, aut alio impetu, gl. d. l. Hoc vero loco non de vi divina, de qua agit L. 25. §. 6. ff. Locati, quam Graeci θεοί dicunt; nec etiam de vi belluina, de qua agitur in iur. si quadrupes pauper. nec de vi rei inanimatae, ut fluminis, L. 2. §. 6. ff. si quis caution. loqui Legislatorem palam eſt; verum de vi humana, eaque non licita, quali Magistratus, Tutores- ve gaudent, sed de illicita, et iniusta. Conf. L. 3. §. 1. ff. quod met. cauf. Quemadmodum autem D.D. varias huius violentiae species faciunt, quas, post alios, PLOTUS de inli- tem iurando, §. 3. et LAUTERB. Coll. Pract. ad tie. quod met. cauf. gef.*

DE SACRAMENTO ZENONIANO.

ges. tb. 8. seqq. recenset: ita nullum dubium de vi,
quam *expulsam* vocant, qua quis invitus deiicitur, *Qualis vis*
vel deturbatur possessione rei immobilis, quae in- *bis intelligenda.*
vadi dicitur, §. 1. & 2. I. de *vi bon. rapt.* textum esse intelli-
gendum, quae interdicto *unde vi*, ad quod L. n. refertur,
vindicatur, L. s. ff. de *vi & vi arm.* cum et in ipso texture
rum invasorum mentio fiat. Atque, cum de rebus ab-
reptis quoque loquatur lex, non dubitandum est, quin et de
vi ablativa, qua invito aliquid auferitur, et ob quam actio-
ne vi bonor. rapt. agitur, accipienda sit. Nec tamen quic-
quam referre puto, si alio modo vis admissa dicatur.
Quid enim, si quis praepotentis domini, tyrannive iniuri-
am metuens, atque sic probabili, et iusto metu territus, aut
per vim *compulsivam* rem tradiderit; aut e domo sua sponte
aufugerit; aut, ab eodem tyranno nullo iure proscriptus,
solum verterit? Quid si ob eas causas absentis, fugitivique,
expilata domus, direptaque bona sint? Replete CICERO
pro *Caecinna*: Non dubium, inquit, quin maior adhibita vis
ei sit, cuius animus perterritus, quam illi, cuius corpus vulnera-
tum. Et iterum: omnis vis est, quae periculo aut decidere
aliunde cogit, aut prohibet accedere. Quid si vis turbativa, vel
inquietativa commissa, qua quis in possessione ab alio tur-
batur, vel commodi, vel vexandi tantum causa? Quid si of-
fensiva, quae personam alicuius tantum respicit, et ea occa-
sione damna data? Sane, in huiusmodi casibus rescripto lo-
cum esse, extra omnem controversiae aleam est positum,
cum sit par ratio, et ipsius Constitutionis verba non abhor-
reant ab hac interpretatione. Atque ita *BARTOLUS*, *SALLI-*
CETUS, *FULGOSUS*, et DD. fere omnes, qui in
hanc n. L. commentati sunt, sentiunt. Conf. *DILARENUS*
ad L. s. §. 4. ff. de *in lit iur. n. fo.* Quin & nihil interest por- *Nulla bis*
ro, utrum vis publica fuerit, an privata; utrum armis *differentia*
commissa, an terrore armorum, aut etiam absque eis; *inter vim*
utrum denique atrox fuerit, an pertenuerit. Elegan- *publ. et*
ter CICERO pro *Caecinna*: Cum de iure, et legitimis con- *privatam.*

26 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

traversis loquimur, et in his rebus; vim nominamus, perennius vis intelligi debet. Omnes enim hanc vim odio habent Romanae LL. et praeferunt nostra, quae in genere de vilo-
quitur, cuiusque ratio tam late patet, ut omnem omnino comprehendat.

HIX. Addit vero Imperator *rō patefacta*, quo innuit, ante omnia constare ea de re debere, tursepara-
tim verba: vel ex confessione partis adversae, vel ex idonea pro-
patefacta batione. Patefactum enim illud dicitur, quod iam et in in-
nouit, quod apertum est, cognitumque. Hinc pa-
tenciae tabulae eadem sunt, quae alioquin apertae dicuntur. L. 10. pr. et §. 1. ff. *Testam. quemadmodum aper.* Ex *Vim iura-* quo consequens est, si quis dicat, se vim passum esse, *mento effe-* non credi iurato id affirmanti, adeoque hoc casu non *rentionē* esse locum sacramento nostro. ROFRED. de Ord. Ind. *creditur.* P. 8. ad h. n. *Confit. n. 2.* Verba enim: si quando, inse-
Sed debet runt conditionem, ut bene notat PLOTUS de in item *iusta pro-* iur. §. II. Sed debet etiam illa vis esse patefacta in iudicio. *bari.* Vocem hanc varia significare, notum est, lateque *Vocabu-* ex-*lum iudicii* plicat vim illius multiplicem RITTERHUSIUS ad Novell. *varie acci-* P. 8. c. 3. quae repetere, non est huius loci. Illud saltem *pitur.* observari debet, hoc loco iudicium ea significatione ve-*Quomodo* bic summa-*nire, qua legitimam controversiae forensis apud iudicem* tur. *Denotat* traclationem, et diijudicationem denotare solet. PEREZ. *etiam ad tit. C. de Iud.* Quamvis etiam dici posset, verba: in iudi-*cipsum iu-* cito: idem, ac, coram iudice, significare, atque ita iudicium *dicere* vel pro ipso iudice, vel etiam pro loco, ubi ius dicitur, ac-*locum in-* cipi: modo id observaverimus, differentiam illam, quae *dicu, adbi-* olim inter ius, et iudicium notissima fuit, nihil facere ad *bita tamen* certa ob-rem praesentem, cum iamdiu ante ZENONEM differen-*servatione* tia ista cum ordine iudiciorum veteri fuerit sublata. L. 2. C. *Colligatur* de p. d. iudic. Quamcunque autem verbo tribus vim, et *iudiciorum* efficaciam, id inde resulat, iudiciorum debere con-*ter violen-* stare de violentia, atque adeo non sufficere, iudici extra-*ti pro-* bari de-*judiciorum* bere. *iudiciorum* iam rem innotuisse, nec privatam eius scien-*tiam*

DE SACRAMENTO ZENONIANO. II

tiam satis esse, quippe quem secundum acta, et probata iudicare oportet, *B. ZIEGL. Dicaf. Concl. XXXV.*

Ratio.

IX. Ait Imperator porro: *deinde super rebus abreptis, vel invasis, vel damno dato tempore impetus, quaesito proponatur.* Scilicet quando constat, vim esse factam, ille, qui vim passus est, etiam queri potest, res sibi esse abreptas, vel exportatas, pecora abacta, aedes, quas alius invaserit, vel per vim intravit, esse destrutas, tignaque dirupta, vel alio modo damna in rebus, vel circa res data, *tempore impetus*, h. e. vis factae, impresionis, invasionis cum tumultu. Quo quidem loco respici ad tyrannidem Basiliisci, iam antea monui. In ea tamen, licet occasionem praebuerit constitutioni, ratio eius, et causa intrinseca, posita non est, ut ex sequentibus apparebit. Ex quibus illud perspicuum est, cestantibus licet querelis, de his, quae isto tempore per vim contigerunt, non tamen cefare hanc nostram nomothesiam, cum posit accidere, ut et similia facta plane orientur, quibus ratio legis quadret. Quale quid in aliis quoque rebus locum invenire solet; cuius rei elegans exemplum extat in *L. 1. §. 5. ff. de postul.* Ceterum illa verba, *abreptis, invasis, dolum maium inferre palam est. L. 5. et 6. C. unde vi. PLOT. de inst. iur. II. 1. 21.*

X. Putant hic nonnulli DD. pugnantia quodammodo *Occurrunt proponi, dum nempe primo dicatur, propositam fuisse tur dubio.* querelam de vi, hancque patescantam; postea vero institui quæsitionem de rebus ablatis, vel invasis. Namque, si fortasse quis egerit ex interdicto, *unde vi*, quae pro rebus immobilibus directo competit actio, procul dubio fecit mentionem damnorum datorum, vel etiam rerum mobilium ablatarum, quarum nomine, tanquam ob accessorium, ex codem interdicto agere licet, *L. 1. §. 6. ff. de vi, et vi arm.* Sin vi bonorum raptorum actione compulerit adverfari, procul dubio mentionem fecit rerum sibi ablatarum mobilium. Porro, aut reus fassus est, aut negavit intentionem

12 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

tionem actoris. Si prius factum, nulla habenda est quaestio ea de re, sed condemnandus erit reus confitens. Sin vero reus negaverit, actorem probare oportet. Si Actor probaverit, condemnandus est reus; sin minus, absolvendus. Quid opus ergo *deinde* nova propositione super damnis, vel rebus ablatis. Sed haec dubitatio facile tolli potest. Namque si primo supponas, Actorem, cuius fundus invetus, pariter et bona mobilia direpta, egisse tantum de possessione rei soli, non vero mobilis; postea vero, finito isto iudicio, de hac agere actione vi bonorum raptorum, quod in illius est arbitrio possum, L. 1. §. 32. ff. d. vi, & vi armata, casus suborietur, ubi utique postquam de vi actum, illaque vis patefacta fuerit, quaestio haecce nasci poterit. Qualis casus et tunc se exerit, si quis ex constitutione illa: *Siquis in tantam C. unde vi*, ad restitutionem possessionis egerit tantum. Fac praeterea, actorem ex interdictio de vi, et vi armata, petiisse restitutionem rei cum omni causa; vel, si is actione vi bonorum raptorum experientur, dixisse, has, vel illas res, sibi esse ablatas, postea vero, peractis probationibus, patefactam quidem esse violentiam, sed damnum datum, vel quenam res exportatae, aut ablatae sint, non apparere: utique tunc disceptatio de hac re oriri, et super rebus abreptis, vel damno dato, quaestio proponi potest. Cuivoluppe est, legat hac de re *BARTOL. ad b. L. n. et ROFRED. in Tract. Ord. Iud. P. 8. ad b. n. Conf.*

XI. Scilicet, finge, in fundo illo, quem invasit
Facti Species ex L. proposita. reus, plures res fuisse, easque vel ablatas, vel direptas, vel confusuntas, quarum non modo aestimatio, sed etiam numerus existentiaque, ignoratur, adeoque eum, qui vim sustinuit, quae perdidit, singula comprobare non posse; quenam nempe, et qualia fuerint; nec adeo apparere, quid, quantum, et quale ablatum: quaestio orietur, quonam modo hac sit parte consulendum actori. Sane, si regulas communis iuris sequi velimus, reus, actore non probante,

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 13

te, quaenam damna data, quaeve res ablatae, absolvendus esset ab horum omnium praestatione. *L. 4. C. de edendo.* Neque assertioni, licet iuratae actoris, credi debet, cum tralatitium sit, neminem, in sua causa, aut iudicem, aut testem esse posse; nec etiam unius alioquin addmitti testimonium, *L. un. C. ne quis in sua causa, L. 10 ff. et C. de restib. L. 12. ff. L. 9. C. eod.* Quoniam tamen in re versamur, ubi probatio difficillima, nec integrum est laeso de probationis modo sibi prospicere, adversariusque ipse facto suo causam, facultatemque habendarum probatorum praeripuit, iniquum sane foret, ob defecum probatorum, denegari praestationem damni dati. Quae iniquitas eo magis apparet, quando cogitamus, causam eius ab eo proficii, qui vim commisit, rem, quam maximo odio ius Romanum prosequitur; et merito, cum tranquillitati publicae, et communii omnium salutis nihil magis obfit, quam eiusmodi violenti impetus, et effrenatae impresiones, *nihilque, ut CICERO pro Caecinna ait, iam iuri, et legibus contrarium, quam quicquam per vim agi.* Quam malitiam si impune quis pateretur, absque periculo restitutionis damni dati, verendum esset, ne eripile saepius inferret vim, aliquique eius exemplum sequerentur. Itaque ob has causas ZENO constituit: *ut (scilicet vim passus) taxatione a iudice facta, pro personarum, atque negotii qualitate, sacramento affirmationem rerum, quas perdidit, manifestet.* Sic iuris iurandi religione, quod et alioquin finem liti imponit, voluit, terminari hanc controversiam, Caesar; quod (1) tum difficultas probationis, (2) tum vitium adversarii contra regulas iuris communis extorsit. In quibus duobus, et *Ratio sive causa in quidem coniunctim, ratio huius dispositionis consilit; triplex Legis.* quod cum Glossa omnes agnoscunt interpretes, ut videre licet apud PLOTIUM, *de in lit. iurand. §. 4. n. 7, et 20. IMMOLAM,* aliasque CCas ad cap. fin. X. de his, quae vi metusve. MASCARD. de Prob. Vol. II. Concl. 472. n. 31. SCHNEID. ad §. 19. L. de Act. n. 18. et FABR. Dec. VIII. err. 8. n. 4. paucissimis

exceptis, inter quos Hostiensis est, quem in partes vocat
Dissentit MINSING. C. 4. Obs. 12. qui, solam difficultatem probandi
Hostiensis; locum facere huic iuriurando, existimat: quod tamen
sed contra nec verbis, nec menti Constituentis convenit, ut ex ante-
verbis et jacentibus appareret. Reclius ergo reliqui sentire mihi vi-
ges. dentur, in quorum iudicio in praesens acquiesco. Vitium

Res abla- vero aduersarii, quod tanto odio excipit Llatio Romana,
tae, et da- illud quoque efficit, ut non Rei, sed Actoris sacramento
mnum, iu- res abreptae, damnaque data indicanda. Quoniam enim,
ramento A- in tumultu spoliatione facta, res non tantum ab ipso spolian-
ctoris, non te, sed etiam ab alio auferri possunt, quarum aestimationem
vero Rei autor tumultus praestare debet; quoniam etiam in uni-
probari versum dominus accuratius res habet perspectas, quam
dabant. raptor: aequum est, potius spoliato affirmanti fidem habe-
Rationes. ri, quam spoliatori neganti, cum et ille, quae, et quot,
queales res sibi ablatae, verius dicere posit. Confer.
BACHOV. Vol. 2. Disp. 25. lit. A. et B.

*Vox aesi- XII. Etsi vero Imperator dicit, aestimationem rerum
 nationis sacramento manifestandam esse; id tamen non eo per-
 non solum pertinet, quasi tantum iuriurandum hocce super pretio, non
 rerum autem super ipsis rebus, illarumque substantia, existentia,
 pretium, sed etiam et numero sit praestandum. Hoc enim si foret, non
 earum adeo multum consultum esset Actori, quippe qui de aesti-
 substanti- matione et pretio iurare non poterit, nisi iam de ipsis
 am, et nu- quoque rebus, vel damno dato, constet. Quarum pro-
 merum batio cum maxime difficultis sit, et difficilior, quam aestima-
 comprehendit. tionis, quippe de qua, cum plerumque certa, longe facilius
 confitare potest, *L. pretia 63. ff. ad L. falcid.* iuriurandum
 hocce introductum est, cuius vis, et utilitas magnam par-
 tem evanesceret, si tantum de pretio praestari posset. Quod cum non conveniat cum mente, quam rationes in-
 dicant, Imperatoris, ideo potius dicendum est, ad ipsas
 res, et corpora, ipsumque damnum datum, iuramentum
 pertinere: id quod et verba antecedentia. *Uit si non possit*
fungula comprobare, satis indicant, quae cum non possint
 non*

non de rebus ipsis, aut de singularum existentia, intelligi, licet nonnulli, quos ROFREDUS notat, ea aliter, satisque violenter exponant, consequens est, et posteriora eodem modo esse accipienda, sicque et rerum ipsarum, et pretii manifestationem iuratam fieri oportere: quod et plerique interpres agnoscunt. ROFREDUS d. l. n. 7. SCHNEIDEW. d. l. n. 18. FABER dec. VIII. de err. pragm. err. 8. n. 4. Ceterum, utrum res ipsae, an aestimatio, an utrumque alternative fuerit petuum, nihil interest. ROFREDUS, BARTOL. et SALICET. ad b. n. Conf.

XIII. Quoniam tamen fieri potest, ut actor, facultate iurandi sibi concessa, arrepta hac occasione in immensum, infinitumque iuret, ne et hacce parte nova iniquitas oriatur, et actor iurandi facultate abutatur ad peierandum, cum de periuro in re, ubi probatio difficilis, non facile postea queri posit, placuit Imperatori iubere iudicem, ut intra certam quantitatem iurari curet. Quod et in iuramento in item fieri solet, L. 4. §. 2. L. 5. §. 1. ff. de in item iur. quamvis FABER tribuere hoc non dubitet inventis contra iuris veteris rationem Triboniani, decepti per ZENONIS Constitutionem Dec. XVIII. err. 9. Taxationem itaque rerum designatarum auctore suscipiat ante omnia iudex, necesse est, h.e. iustam Iudicis aestimationem. Definit enim Iudex, et animo suo informat, ac quanto potest maxima diligentia auctoris dispendium perverfigat, et locum, ubi iactura facta fuerit, siue in certam redigit quantitatem. Tum deinde actionem monet, ut iuret, se tot, tantaque, nec minora, ex ea sibi facta iniuria, detrimenta percepisse: uti bene hanc rem explicat, Schol. apud HARMENUPUL. Lib. 1. tit. 7. ex interpretatione JOANN. MERCERI. Ratio scil. hic habenda est personae, quae vim passa est, utrum nempe dives fuerit, an noui; et an verisimile sit, res tot, tantaque habuisse, vel locum res illas potuisse capere. ROFRED. BART. et SALICET. b. L. n. Conf. infra dicenda hac dere.

Index modum et certam quantum taxationis factum, intrare quam iuratur.

*Index Re-
um noua mi-
noris, quam tra
raverit,
re potest.*

XIV. Quod quando ita praecesit, auctor non licet ul-
tra taxationem, a Iudice factam, iurare, sed, quod huiusmodi in-
Auctor iu- ramento late fuerit declaratum, Iudicem condemnare oportet.
condonna- Ut itaque pars supra eam quantitatatem, quam Iudex ta-
re potest. xavit, iurare non potest; ita etiam, si super ista quantitate iu-
ratum est, Iudici de ea quicquam detrahere haud erit inte-
grum, sed illam in condemnando praecise sequi is tenetur.

XV. Ex hisce autem, quaenam sit legislatio ZENO-
*Constitutio-
nis, satis poterit cognosci. Quae num sit favorabilis, an
Zenoniana, odioſa; vel, quod eodem recidit, num sit in favorem spo-
liati, publicaeque tranquillitatis, an in odium spoli-
antibus prodita, prolixe disputari posset, si interpre-
tum disceptationes de hac re excutere vellemus. Sed
non credo, multum hac parte nos proficere, cum
haec ita coniuncta sint, ut alterutrum ab altero sepa-
rari non posse videatur. Nam uti odio dignus est ille,
qui vim commisit; uti econtrario favorem meretur vim
passus, et magis adhuc publica tranquillitas: ita, ob utrum-
que hocce, legem hanc conditam esse ab Imperatore, iam
supra diximus. Sic res eo reddit, in favorem vim pasci, pu-
blicaeque utilitatis, tendere, quod ob difficultatem proba-
tionis, ad iusurandum admittatur; in odium vero vim
committentis, quod contra regulas iuris communis ad Sac-
ramentum aditus pateat Auctori. Confer BACHOV. ad
Treat. Vol. 2. Disp. 25. lit. B. in partes vocantem MYSING.
cent. 4. obs. 12. qui tamen non tam in odium violenti spoliatoris,
quam in gratiam violentiam pasci, ZENONEM
legem condidisse, asseverat. Illud vero negandum non
est, correctoriam, et limitatoriam esse hanc legem, atque
eriam suo modo poenalem. Nam licet, quod bene ani-
madvertit BACHOV. Vol. II. Disp. 25. ib. 5. lit. B. negandum
non sit, ob id, quod abest, deferri iusurandum, et sic pro-
pter rei persecutionem; atque non nisi probandi rationem,
et modum singularem esse: interim tamen et hoc ipsum
poenale aliquid est, quod duriore loco, intuitu probatio-
nis,*

*Eft pena-
lis, corre-
ctoria, et
limitato-
ria.*

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 17

nis, habeatur violentiae reus, quam alius in ius vocatus. Imo etiam interdum auctor ille poenam simul persequitur, si e. g. vi bonorum raptorum actione agat: quae poena per iusurandum ZENONIANUM determinatur, cum illius, quod auctor iuramento manifestavit, triplum poenae loco praestandum. *Schneidev. ad. §. 19. I. de Action.* Quo ipso posito Constitutio quidem nostra ad omnes casus pertinebit, in quibus utraque ratio supra allegata se exerit, et exigit applicationem. Atque sic extensiva, ut vocant, interpretatione locum inveniet, quippe quam et in LL. penalibus correctoriis, et limitatoris officium facere, egregie docet FRANZK. *ad tit. de LL. n. 40. seqq.* Vbi vero non eadem, sed similis tantum ratio se prodit, ad eum casum trahi non posse Constitutionem, arbitror, ea secutus, quae idem FRANZK. *d. l. n. 63.* in medium adduxit. Cestantibus porro rationibus, vel una saltem (nam, coniunctim requiri, supra assertum Th. XI.) cessare dispositionem ZENONIANAM, quilibet intelligit. FRANZK. d. l.

XVI. Quemadmodum autem Romani Episcopi aemulati sunt Romanos Imperatores, ita etiam id fecit GREGORIUS PATERUS IX, cuius decretalis Epistola cap. 7. X. de his, quae In Ius Capri metusve causa, similem plane sententiam continet; adeo, non. idem, ut etiam Glossa *ad d. cap.* fateatur, in ista totum tenorem constituit, gis, Si quando g. C. unde vi, haberi. Non piget, istam decrepofea retalem apponere: tum, quod ex ea appareat, GREGORIUM latum. ipsissima verba quedam ZENONIS retinuisse; tum etiam, quod istud capitulum ab Interpretibus in explicacione nostrae legis pasim allegari solet. Est vero in haec verba concepta: *Super eo, quod adversarius vester se conquerebatur, avobis per violentiam solliatum, arbitramini, contra vos fuisse injuste processum, cum non nisi proprio juramento probaverit singula, quae amisisti. Verum, postquam de violentia per testes, et de amissis rebus per ipsum confiterit Sacramentum: potuit iudex, taxatione ab ipso facta, pro personarum, ac negotii qualitate, vos, in aestimatione rerum amissarum, iuramento*

C

mento

mento adversarii declarata, rationabiliter condemnare. Imo, iamdiu ante *GREGORIUM IX*, in *GREGORII M. lib. XI*, Epist. 50. legitur, censuisse illum, aequum esse, ut *Gloriosus Comitiolus*, quicquid praeditus *Episcopus* (nempe Ianuarius) per violentiam, atque insecuritatem ipsius, expendisse, vel damnum pertulisse, dato *Sacramento* firmaverit, eidem *Episcopo* restituere compellatur. Quae Epistola postea a *GRATIANO* in *Decretum* est relata, *Can. 7. caus. 2. qu. 1.* Quoniam vero et ite *GREGORIUS* post *ZENONEM* vixit, non vana coniectura est, eum ipsum quoque ad nostram *Constitutionem* respexisse, cum et alias in eius Epistolis ad leges Codicis provocare soleat, ut ex illis, quae *GRATIANUS d. 1.* habet, cognosci potest.

Definitio
Iuramenti: NI naturam cognoscendam accedamus, quod quidem a *Zenoniani*. *LAUTERBACHIO* in *Colleg. Theoretico-Pract. ad tit. d. in lit. iur.and. tb. 23.* non male ita definiri puto: *Quod sit iuriandum ei delatum, cui res ipsiatae, vel per vim abrumpae, ut eadem, prævia taxatione iudicis, ne peieretur, aestimet.* Posset etiam hunc in modum describi: *Esse iuriandum, quod ex Constitutione ZENONIS, a iudice illi, qui violentiam probavit, res autem ablatas, aut damna data, probare non potest, prævia taxatione super ipsis rebus, damnoque dato, ac illorum aestimatione, deferuntur.* Sed res eodem recidit: atque explicatio harum definitionum ex sequentibus poterit haberiri.

Causa efficiens remota: occasio et ratio.
 XVIII. Iuramentum hocce ex LLatione *ZENONIS* ortum capere, iam supra indicavimus, ubi etiam simul dimicimus, ex qua occasione, seu causa externa, aut ob quam rationem, seu causam internam, ad hanc legem condendam motus fuerit Imperator, quae hic repetere supervacaneum. De ipso nomine quoque *ZENONIANI* sacramenti *Tb. III* datum: quod non mutandum censeo, licet et *GREGORI*, Romani Pontifices, iuriandum tale suum fecerint, probaverintque, cum prima origo iure meritoque ad *ZENONEM* referatur.

XIX.

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 19

XIX. Illud vero hocce loco non indiscutsum relin- *An veteri*
qui debet: utrum veteri Iurisprudentiae **ANTE-ZENONIA**-*Iurispru-*
NAE iusurandum tale fuerit incognitum plane, atque sic a *dentiae ju-*
ZENONE novum ius constitutum; an vero analogiae ve- *ramentum*
teris iuris haec res conveniens sit, ac a **ZENONE**, sicutem du-*rit incogni-*
bitationis tollendae causa, explicatusproposita; quale quid *tum*; an-
et alias intuitu Emphyteuseos a **ZENONE** factum *L. 1. C. d. non?*
iur. Emph. et §. 3. I. d. locat. cond. Prius **ANTONIO FABRO**, sub- *Prius a Fa-*
tilissimo ICto, placet, qui, iusurandum hocce toti Iurispru- *bro affir-*
dentiae veteri incognitum, et a **ZENONE** primum introdu- *matur.*
Etum, dicit, *Decad. 8. err. 10. n. 1.* Enimvero huic sententiae *Obiicitur*
obstare videtur illud, quod iam olim a **GAIO**, in *L. 1. ff. 3. (a) L. 1. et*
iureiur. scriptum relictum est: Maximum remedium expedien- *31. ff. d. iu-*
darum litiuum in usum venisse iurisurandi religionem, quavel ex reiur.
pactione ipsorum litigatorum, vel ex autoritate iudicis contro-
versae deciduntur. L. 31. ff. cod. et à DIOCLETIANO, et MAXI- *(b) L. 3. C.*
MILLANO constitutum: *In omnibus causis inopia probatio-* *d. R. C.*
num per iudicem iureiurando rem decidi oportere, L. 3. C. d.
R. C. Nec etiam defunt, qui ob difficultatem probationis in
actione depositi, si de pondere quaestio oriatur, quantitatem
ponderis iuramento definiri posse auctoris, *ex L. 1. §. 40. de-* *(c) L. 1. §.*
positi, colligunt. Quibus et id accedit, quod iusurandum 40. ff. de-
in item sufficisse videatur, quod diu ante **ZENONEM** in *pos.*
*omnibus causis, etiam interdictis, locum habuit, teste *ILL*- *(d) L. 68.**
PLANO in *L. 68. d. R. V.* atque nominatim, ubi de vi quaestioff. *D. R. V.*
fuit, ut interdicto quod vi, et clam, *L. 15. §. 9. b. iir.* et metus *(e) L. 15. §.*
causa actione *L. 18. pr. ff. d. dol. mal.* Verum haec omnia non *9. ff. quod*
dum me movent, ut pitem, errasse hac in parte **FABRUM**, vi aut clam
Namque, ut iam supra *Tb. XI.* animadversum est, iusiu- *et L. 18. d.*
randum hocce cum regulis Iuris communis neutiquam *Sed bis non*
convenit; atque nunc dicendum, nec illis consultum fuisse obstantibus
satis auctori, quae modo sunt in medium adducta. Nam, sequor *Fab-*
rum. *quod ex L. 1. et 31. ff. l. 3. C. d. iureiur.* allatum est, ad iuramen- *Leges ob-*
tum pertinet, quod iudex, ubi quidem adiungit quaedam pro- *stantes ad-*
bationes, non tamen tales, quae sufficient causae decidenda, *ducas con-*
ciliatur.

20 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

et quidem deferre solet. Nec ad illum casum trahi potest, ubi nulla
 a) *L. i. et plane probatio est in promptu.* Minus vero apte *L. i. §. 40.*
 31. *ff. d. iu- ff. depos.* in partes vocatur, quippe quae non de iuramento
 rei. b) *L. 3: agit, quod super quantitate ponderis praefundum, ab Acto-*
C. d. R. C.
 c) *L. i. §. re, uti quidem vulgo ita verba ista explicant plerique; sed*
 40. *ff. de- id vult, actione depositi proposita, pondus rei adiiciendum*
pos. esse (nempe si talis res, quae pondere venit) alioquin in-
 epte petere agentem. Si tamen sit de quantitate ponde-
 ris incertum, iuranti, scilicet se nescire quantitatem pon-
 deris, succurri, ne videlicet illius petitio pro inepta habeat-
 tur, ac reliquitatur. Quod meo iudicio bene animadvertis-
Glossa in d. §. licet alioquin non negem, in depositi quoque
 actione in item iurari *L. i. §. 26 ff. depos.* Quod ad hoc ipsum
 iuriandum in item attinet, non vacat in praefens excu-
 tere *FABRI* sententiam, acriter in illos invehentis, qui, iure
 antiquo, existimant, in Interdicto ullo, aut actione, quod me-
 tus causa, locum fuisse iuriandando in item; textusque su-
 pra allegatos, quos sibi obstat videt, referentis ad *Emble-*
mata, et errores TRIBONIANI. Quia de re ipse tum *in lib.*
16. cap. 19. et 20. conjectur. et decad. 18. error. 6. 7. et 8. legi po-
 test. Illud tantum urgebo, non satis fuisse consultum iurenu-
 rando in item auctori: quandoquidem hoc tantum respicit
 pretium rei, seu aestimationem eius rei, quae vel adhuc
 extat, vel de qua certum est, eandem extitisse, atque dolo, vel
 culpa adversarii non restitutam esse; non autem ipsam rei
 existentiam, de qua iam aliunde constare debet, prout ex
 omnibus iuris locis, qui huc pertinent, satis cognoscitur,
 et bene observatum a *FABRO a. loc.* Quoniam itaque ple-
 nissime *ZENO* voluit illis providere, qui vim passi sunt, ob
 causas iam supra *Th. XII.* indicatas: ideoque hoc ius no-
 rum constituit, ut etiam super ipsis rebus liceat in poste-
 rum iurare. Id quod quidem alias ex iure veteri, sine
 Imperatoria decisiōne, haut satis commode elici potuit.
 Interim illud non eo inficias, quod et omnes DD. fatentur,
 affine esse iuramentum hoc nostrum iuriandando in item, et

*Olim iura-
 mento in
 item non
 satis fuit
 consultum
 auctori.*

in

in multis cum eodem convenire, uti ex sequentibus apparet, ita ut nonnulli illud ipsum iuramentum in item, aut speciem illius, dicant, MARANT. Spec. p. 6. rubr. de iurament. n. 30. PLOT. in toto Tract. d. in lit. iur. adeo, ut quidam turpiter ea confundere videantur. Quamobrem etiam argumentum a iuramento in item ad ZENONIANUM, nisi diversitas quedam obfet, peti posse iudico.

XX. Postquam itaque a lege ZENONIS introductum sacramentum hocce, Iudicis, tanquam ministri legis est, de ferre hoc iusurandum legale auctor: quod cum ob necessitatem quandam fiat, necessarium, vel necessitatis, si ullum aliud unquam, dici potest. Omnis autem ille iudex defert, ad quem causae cognitio spectat, sive ordinarius sit, sive delegatus, sive etiam arbiter, (nam nullam hic differentiam video) isque solus, arg. l. 4. §. 1. ff. d. in lit. iur. Non itaque pars parti defert, nec prodefert, si quis sua sponte iuraverit, arg. L. 3. pr. ff. de iure iur. Quia vero non nisi certo casu, certisque sub requisitis iuramento huic locus datur, ideo iudicis est arbitrari, numne admitti debeat auctor ad iuratam hanc manifestationem. Etsi igitur iudex, casu isto existente, ceterisque paribus, non potest iusurandum illud negligere, ita ut, si id faciat, auctor iustam appellandi causam habeat, PLOT. §. 47. n. 16. licet quoque, si illa deficiant requisita, non debeat deferre, ita ut et tunc contra delatum provocatio locum inveniat: recte tamen in arbitrio eius haec res posita dicitur, arg. l. 4. §. 1. et 2. ff. d. in lit. iurand. ita scilicet, ut, dum iudex arbitratur, faciat id, tanquam bonus vir, dirigatque omne suum arbitrium secundum normam legum, et aequitatis. Quare, si apparcat, locum iuriurando esse, et, parte non petente, id deferre poterit, et debet, uti in aliis legalibus usu venire solet, a. l. 3. C. de R. C. L. un. C. ut, quae defunti Advoc. CARPZOV. P. 1. C. 23. d. 1. 2. in quam sententiam Ordinem inclytum ICtorum huius Academiae Mens. Octobris 1701. respondisse novi. Confer. LASON ad L. admonendi, de iure iur. n. 146.

MEV. P. 4. dec. 322. Dissentit *PLOTUS* §. 50. n. 8. Poterit tamen, et debet multo magis, si pars petat. Neque enim ille, qui petit, se admitti ad ius iurandum hocce, pro suspecto de periurio haberi potest, quoniam id petit, quod lex ob necessitatem, et probandi difficultatem, indulget, iudicisque arbitrio relictum, numne deferre possit precibus, an non? Quemadmodum et hoc idem in iuramentis necessariis aliis contingere solet. *BRUNNEMANN.* in *Proc. civ. cap. 23. n. 24.* Quocunque autem tempore litis ista petitio fiat, parum intereat, neque ullibi legitur, sub primordiis litis petitionem hanc fieri debere; quale quid in Saxonia nostra, circa iuramentum minorationis constitutum est, quod reo non defertur, nisi ante praestationem guarandae, et litis contestationem fuerit petitum. *Ord. iud. Sax. tit. 31. §. 1.* ubi vide *MARTINI* n. 15. Nec porro ea, quae de iuramento judiciali, quod pars parti defert, in Saxonia peculiariter sancita, *Ordin. Proc. tit. 18. §. 1. et Const. Aug. 9. part. 1.* huc trahi possunt. Imo, post terminum probatorium elapsum, peti poterit, *arg. illorum, quae habet CARPZOV. p 1. C. 23. d. 11.* et quidem usque ad conclusionem causae, *PLOT. §. 50. n. 9.* Imo etiam in instantia appellationis, *arg. eorum, quae habet BRUNNEM. d. loc. n. 31.*

Cui defor- ratur §. XXI. Defertur vero Auctori, sive mas, sive foemina, a. l. 1. ff. d. V. S. qui ex tali causa Reum in ius vocavit, ob quam ius iurandum hoc deferriri potest: de qua re infra *Tb. XXVII* agendum. Sed tamen talis debet auctor esse, cui et voluntas, et facultas iurandi esse potest. Vnde furiosi, infantes, et pupilli, excluduntur, *arg. L. 4. pr. ff. d. in lit. iu- rand.* Nam et tales personae intelligere vel plane non, vel nonnisi imperfecte possunt, quaenam damna data, aut quae res ablatae. Atque hinc pubes nec post pubertatem admitti potest, si de rebus, tempore impuberis aetatis ablatis, quaestio sit, nisi sufficientem scientiam habeat rerum deperditarum, *arg. illorum, quae habet FARINAC. qu. 58. d. Testib.*

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 23

Teslib. n. 18. Aliud est dicendum de minoribus, *arg. l. 4.*
pr. in fin. d. tit. Amplius requirunt DD. ut actor sit inte-
 grā fide, et in aliena quoque causa omni exceptione ma-
 jor. *BARTOL. ad b. l. n. GILHAUS. in Arbor. iud. civ. c. 6. p. 1.*
S. 170. n. 6. Atque hinc removent perjurum, infamem, si-
 milesque personas, quae idonei non sunt testes. *MA-*
SCARD. d. Prob. Vol. 1. conel. 471. n. 28. Quod intuitu iu-
 ramenti minorationis tradit etiam *BEUSTIUS ad L. admo-*
vendi 31. ff. d. iureinr. n. 187. pag. 40. Etsi vero alioquin ini-
 micitia capitalis removeat testem, *L. l. §. 24. ff. de quaest. Can.* Actor hic
7. caus. 2. qu. 1. illud tamen vix hocce loco poterit applicari: *iurat, licet*
Cum enim non queat non gravis inimicitia inter illum, qui *fit rei ini-*
vim et bonorum perniciem infert, et inter illum, qui eam *micus.*
passus est, oriri; nunquam posset esse locus nostrae Confisi-
tioni, si istam admitteremus causam. Neque enim ob ini-
 micitan repellere potest reus actorem, qui illius ipse autor
 fuit. Ceterum opus est, ut ille, cui iuramentum *ZENON.*
 defertur, sit dominus litis, *hoc est, actionis, scilicet illius, in*
 qua locus est huic iuriuando: id quod tum verba legis
 nostrae: *qui vim suffinxit, satis indicant, tum ex argumen-*
to L. 7. ff. d. in lit. iur. satis probari potest. Non tamen
 tenetur dominus ostendere dominium ipsarum rerum, de
 quibus quaestio proponitur. Nam sufficit, illum istas
 perdidisse vel amississe, *b. l. n. et cap. 7. X. de his, quae vi met.*
 Pro qua sententia facit *L. 18. pr. d. dol. mal. l. 10. ff. d. in lit.*
iur. L. 1. §. 33. ff. d. vi, et vi armat. L. 1. §. 22. ff. vi bon. rapt. Pro-
 curator vero, cum ad iuramentum in item non admitta-
 tur, *L. 7. ff. d. in lit. iur. iuncta L. 18. ff. d. tureiur. LAUTER-* An procur-
BACH. in Coll. Theor. Praet. ad tir. d. in lit. iir. th 10. nec ad *rator adiu-*
 nostrum poterit admitti; cum nec ipse eam notitiam habe-
 re possit damni dati, ac rerum ablatarum, quam habet do-
 minus. Sed haec ita, si procurator in suam, ut aiunt, animam
 iurare velit. Quodsi autem mandato speciali, et specifico ad
 hoc, vel illud, iuramento affirmandum, instruclus in ani-
 mam domini iurare velit, adversariusque non contradic-
 cat,

ram n. ad-
mittatur.

24 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

cat, iusurandum hoc ab ipso praestari posse puto, *arg. l.9.*
§. 6. ff. d. iurciur, L. ult. §. 2. ff. eod. L. 12. §. 4. C. d. R. C. cap. ult.
d. iuram, column. in 6to, cap. qui ad agendum 4. d. procur. in 6to,
PLOT. d. iur. in lit. §. 32. n. 5. LAUTERB. dict. loc. Plane illis
 in locis, ubi iuramenta per mandatarium praestari non
 possunt, uti in nostra Saxonia regulariter fit, *Ordin. iud. tit.*
18. §. 10. ibi nec per procuratorem hoc iusurandum praes-
 stari posse, certum est. De procuratore in rem suam,
 sive cessionario, utrum ei iuramentum in item deferri
 posse, non convenit inter DD. Sane *PHANUCCIIUS de*

*An cesso-
nario de-
ferri pos-
sit. Quod
contra
quosdam
negatur.* *Iuram. in lit. part. 2. membr. 4. n. 6.* id negat; facit tamen
 pro eo, *L. 13. §. 1. d. paet. L. 25. d. procur. PLOT. d. loc. n. 2.* Sed,
 quicquid de hac re sit, nostrum iusurandum ei deferri
 non posse existimo, quandoquidem cessionarius non
 potest habere eam notitiam rerum ablatarum, quam habet
 ille, qui vim passus est: atque imputet sibi, cum probare res
 non posse, quod actionem ex vi ortam sibi cedi curaverit.
 Cautela tamen pro eo esse potest, ut non suo, sed cedentis
 nomine agat, hieque iusurandum delatum praestet, vel
 mandato specifico instrutus ipse, si lex non obstat specia-
 lis, in animam domini iurare admittatur. Plane, si de re-
 bus cedentis sit informatus, aequo ac cedens, ipse facile af-
 sentior *PLOTO*, qui *§. 29. n. 6.* cessionario deferri posse hoc
 iusurandum, opinatur. *Conf. Th. XXIII.* Quodsi de eo pro-
 curatore in rem suam, a quo causam habeo, et qui mihi obli-
 gatus, quemque constitui procuratorem, ut is suo periculo
 experiatur, de quo egit *BRUNNEM.* qu. 6, Tit. d. procur. e. g.
 qui vendidit mihi res abreptas, quaestio instituitur, eum ad
 iusurandum hocce admittendum non adeo multum dubii

*Quid obri-
ne univer-
sitas.* esse potest. Quodsi universitas actoris partes suffineat, ei-
 que iusurandum deferatur, ab illis praestandum foret hoc
 iusurandum, qui veritatis consciit prae aliis exactiorem hac
 dere cognitionem habent. *arg. L. 97. d. Condit. et demonst.*
L. 14. ad municip. iuncta L. 160. d. R. I. Ordin. Cam. part. 2. tit.
10. §. 1. Conf. 13. Sax. part. 1. ibique CARPZOVIUS.

XXII. Ex

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 29

XXII. Ex hisce facile etiam intelligi potest, quid de tutoribus, et curatoribus sentiendum. Hi, ut in litem iurent nomine impuberum, et minorum, inviti compelli non possunt. Si tamen tantam affectionem pupillis suis, vel adolescentibus, praefare velint, autoritas iuris non refragatur; quin iudicio finis eiusmodi posit adhiberi *L. 4. pr. ff.* *d. in lit. iur.* Quo casu iurant, si minorum conditionem sustinerent, se re pro tanto carere nolle. *PHANNUC. p. 2. m. 1. n. 26.* Id quod etiam ad nostrum iuramentum trahi potest, modo habeant notitiam rerum ablatarum. *e. g.* si in fundo, qui a spoliatore invasis est, versati sunt, inventariumque ab ipsis fuit confecatum rerum ibidem existentium; si res pupillares ipsis tutoribus eruptae etc. Quibus casibus et debere subire tutores, et curatores, hoc iusurandum, credo, si periculo actionis tutelae exponi nolint, cum, deficientibus probationibus, res pupillorum aliter salva esse nequeat. Quodsi vero nullam habeant notitiam eius rei, *e. g.* si spolium, vel invasio, contigit vivo adhuc patre pupilli, vel minoris, tunc sacramentum *ZENONIANUM* nec volentibus defiri posse arbitror. Quae analogiae iuris convenire puto, licet *Dd.* his de quaestionibus silent. Eadem de matre dicenda, vel avia tutrice: nihil obstaculi creante *L. 4. pr. ff. d. in lit. iur.* quae de matre, non tutrice, procul dubio accipienda.

XXIII. De herede, cui actiones ex delictis etiam descendentes dantur, *§. 1. I. de perpet. et tempor. act.* quive ad *An detur Zenonia-* iuramentum in item alias admittitur, *arg. L. 7. ff. de in lit. num iusu-* *iur. LAUTERBACH. ad diet. tit. n. 13. HAHN. ad WESENB. tit. randum* *ed.* inter *Dd.* lis est, utrum ad hoc iusurandum admittendus sit, nec ne? *MYNSINGERUS C. 4. Obs. 12.* negativam defendit, sed rationibus male cohaerentibus, quibus heredem spoliantis, et spoliati, perperam confundi, inspectio docet, *Mynsing.* traditique, istam negantium sententiam Iudicium Camereae secutam esse in causa Comitis de Henneberg contra Duces

D

Ba



26 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

Bavariae, ita tamen temperatam illam fuisse, ut existimatum sit, auctorem quibusdam probandi adminiculis rerum ablaturum valorem docere debere: quo facto licet imperfæcæ probationes fuerint, suppletorium ius iurandum deferendum esse. Sed quoniam tamen heres in universum ius defuncti succedit, et eiusdem potestatis, et iuris est, cuius fuit defunctus *L. 159. ff. de R. I. L. 24. d. V. S.* atque adeo ipse etiam pro spoliato habendus, illaeque ipsæ actiones ei competunt, quæ defuncto: ideo egomet verius existimo, facultatem istam iurandi a lege concessam etiam in heredem transferre. *TREUTL.* et qui ab illo citantur. *Vol. 2. disp. 25. tb. 5. lit. B. Dn. MENCKE Tr. Syn. Pand. T. de in lit. iur.* Sed tamen cum haec limitatione, quam ex *BALDO* proponit et probat *LASON ad L. n. column. 9. versu limit. 4:* modo heredes sint in tali conditione, ut possint iurare, eo quod sint bene informati; alias non: quoniam quis non debet anceps subire iuramentum. Bene informati vero illi dicuntur, qui morati sunt in domo defuncti, aut gesserunt eius negotia, aut, cum quibus solebat communicare sua negotia defunctus. Quæ in re multum triuendum est arbitrio iudicantis. *Confer. PLOT. d. in lit. iur. §. 29. n. 4.* Ceteroquin ab herede probationes exigantur, sed illæ leviores, ut in *d. L. BARTOLIUS, CINUS, SALICETUS et LASON.* Quæ omnia probat *BACHOVIIUS ad TREUTL. d. loc. pag. 695. PEREZ. ad Tit. C. unde vi, et ECKOLT. ad tit. ff. d. vi, et vi armat. §. 12.* quibus tamen addendum, eo casu, si post leviores probationes heredi ius iurandum deferatur, suppletorium illud esse potius, quam *ZENONIANUM* nostrum, quod et *MINSING. d. loc. n. 18.* animadvertisit, et iam antea a me est indicatum. Evidem sunt, qui *L. 12. C. d. R. C.* obiiciunt, ex qua probare conantur, facultatem iurandi non transire in heredem: Sed, si penitus inspicias textum, id ibidem saltem fancitur, ut judices initio deferant iuramentum; improbareturque mos reservandi usque ad finem, sententiamque ferendi sub conditione iurandi, quoniam fieri poscit, ut interim mortuo reo, aut

Responde-
tur ad tex-
tum ob-
stantem.

adore,

actore, vel plane non posit, vel non aequae commode iuramentum praefesti. *BACHOV.* d. loc.

XXIV. Ratione rei, aduersus quem iuramentum hoc decernitur, palam est, esse illum ipsum, qui ob vim factam, *Adversus quem ius-*
sive a se ipso, sive iubente eo, aut ratum habente, recte illis iurandum nostrarum actionibus, quas mox Th. XXVII, recensiebo, convenitur, sive decernatur.
mas, sive foemina fuerit. a. l. i. ff. d. V. S. Neque inter-
est, an personae sint publicae, an privatae, PLOT. §. 30. atque hinc etiam contra Principes, aliasque personas illustres, magistratus, aut iudices, eorumque officiales, si vi sua abantur, eamque ad iniuriam trahant, si e. gr. mortis, verberum, aut carceris terrore, res alicui extorqueant; vel iniuste quem aedibus expellant, aut in exilium mittant, vel ad carceres rapiant, aut rebus spolient, etc. L.3. §. I. ff. quod metus causa, obque vim iniustam convenientur, iuramento ZENON. nostro locus est. can. 7. caus. 2. qu. 1. Quam rem late exequitur PLOT. loc. cit. qui nec ipsum Imperatorem excipit. Nec interest, an personae sint laicae, an ecclesiasticae: nulla enim causa est, cur hasce, quae ab omni violentia magis, quam aliae abstinere debent, excludamus. LAUTERB. d. in lit. tur. tb. 14. Nec refert porro, utrum personae sint physicae, an mysticae, hoc est, universitates. Nam aduersus has quoque cum delinquere, et violentiam committere queant, id iusirandum decerni, ratio postulat, quam sententiam apprime confirmat cap. 7. X. d. iureiur. Equidem MARANT. Part. 6. Specul. Aur. rubr. de iuram. n. 30. tradit, hoc iusirandum ZENON. non dari contra universitatem in damno clandestino pro valore rerum amissarum: Sed, quomodo intelligi velit, vix capio. Nam vis, et si clam per universitatem facta, tamen vis est; atque sic nulla causa subest, cur non et Constitutio nostra vim suam exerat in hoc casu. Si nulla vis facta, et alias cessabit Constitutio ZENONIANA. Interim facile concedo, ad universitatem id non pertinere, si vis ab hominibus quidem, etiam plerisque communis facta, imo omnibus, sed non tanquam ab ipsa universitate, habito

consilio, vel praemissio sono campanae, nec etiam approbatione facta ab eadem, ut universitate, *PLOT. §. 50. n. 9.* Porro non tantum contra extraneos, sed etiam contra condominos, socios, coheredes, consortes, fratres, et omnes alias, qui in communione sunt, deferri posse autumo. Neque enim ulli horum in re communi plus, quam exigit ratio cuiuslibet partis, facere licet invito altero, *L. 78 d. acq. her. L. 28. com. div. L. 51. §. 1. in f. pro soc.* nedum aliquid per vim agere. *PLOT. §. 38. n. 14.* Praeterea nec minorem, adulatum, seu puberem, imo nec proximum pubertati, dolii capacem, *a. l. 3 ff. d. R. I. L. 53 ff. d. furt.* excludi censeo, quoniam, si violentiam committit, in dolo est, quippe quae sine dolo fieri non potest, *L. 2. §. 8 ff. vi bon. r. spr. BARG. d. dol. L. II. c. 3. n. 57.* nec restituio in integrum illum iuvabit,

Nec excipiuntur parentes. *a. l. 9. §. 2. ff. d. minor. ubi FABER,* ut recte concludit *PLOT. §. 38. n. 11.* Nec denique parentes cur excludam, causam reperio, adversus quos, si violentiam erga liberos commiserint, agi posse nullum dubium; licet verba in facta temperanda veniant interdum; ut honori parentum consularitur, atque hic in factum actionibus experiendum. *L. 1. §. 43. ff. d. vi, et vi armat.*

An contra heredem, vel alium successorem, iuramentum n. defteratur? XXV. De herede, vel alio successore universalis, non convenit inter Dd. utrum adversus illum iuriandum nostrum deferri queat. Ubi quidem (i.) id praesupponendum rem, iuramentum n. est, non quaeri de tali herede, qui doli particeps, atque violentiam vel cum defuncto, vel solus commisit: cuius intuitu res caret dubio, adversus ipsum scilicet ex Legge *ZENONIS* iurari posse. *PLOT. §. 48. n. 21. (z.)* quaestioni locum esse non aliter, ac si de tali actione proponatur, quae in heredem transit. Hinc, cum actio vi bonorum raptorum adversus heredes ne in id quidem detur, quod ad eos pervenit, quia Praetor putavit, sufficere conditionem. *L. 2. §. f. ff. d. vi bon. raptorum*, otiosum est, querere, utrum adversus heredem iurari possit. Quod idem dicendum de reliquis actionibus, quae ex delicto violen-

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 29

lentiae oriuntur, quando scilicet nihil ex delicto illo ad heredem pervenit, nec ille factus est inde locupletior, L. 38.
et 44. ff. de R. I. L. 23. §. 8. ff. ad L. Aquil. L. 1. §. fin. L. 2. 3. 9. ff. d.

vi, et vi armata. Sed fac, propter delictum defuncti here-
des factos esse locupletiores, atque sic actiones adversus
ippos dari saltem in factum, L. 1. §. ult. ff. de vi, et vi armata,
quid tunc juris sit? disputant Dd. LASON communius re-
ceptum notat ad n. L. f. C. unde vi, column. 6. vers. in ea Glossa, locupletio-
quod isti iuramento locus non sit, nisi duobus concurren-
tibus, difficultate probandi, et delicto rei converti: quod
posterioris cum in herede cesset, cessabat etiam iuramen-
tum. Confer, MYNSING. Dec. 3. Resp. 21. Plane, si in omni-
bus ipsis casibus lis cum defuncto contestata, nemo est,
qui non fatetur, iuramento locum esse, quoniam tunc
actionibus mere poenalibus quoque, ex quasi contractu ac-
cedente, heredes tenentur: licet nihil ad illos pervenerit.

S. 1. I. de perpet. et temp. aet. L. un. C. ex delict. def. in quant. her.
LASON d. l. MYNS. d. l. GILHAUS. arb. iud. c. 6. P. 1. §. 170. n. 2.
MASCARD. de Prob. concl. 471. n. 13. GROENWEG. ad tit. C.
unde vi, n. 2. Utcunque autem lis non contestata sit, sunt
tamen, qui existimant, modo alias detur actio contra here-
dem, adversus hunc iurari posse: quoniam hocce revera
non est poenale, sed magis rei persecutorium; siquidem
actor persequitur aestimationem rerum, per tumultum,
et propter factum spoliationis amissarum; et non nisi pro-
bandi ratio, et modus singularis est, ideoque receptus, quo-
niam aequius est, fidem haberi iurato affirmanti actori,
qui alioquin probationes habere nequit, quam violentum
spoliatorem, aut eius heredem absolvit. Ita ratiocinatur
BACHOV. ad TREUT. Vol. 2. Disp. 25. tb. 5. lit. B. in fin. Etsi
vero haec non usquequa probare possum, ut iam
Tb. XV. monui: fateor tamen sententiae *BACHOVII* ipsi
me, salvis omnino illis, quae supra dicta, accedere, vel ideo,
quod Imperator in L. n. 9. non tam ad personam vim
facientis, quam ad ipsam vim factam respicit, quippe quae

in nostro Iure tanto odio excipitur, ut vitium rem perpetuo quasi comitetur, §. 1. I. d. Usūc. atque illum, qui rem vi metuque extortam posidet, pro ipso habeat delinquente. L. 14. §. 5. ff. quod met. caus. Sufficit ergo, vim patefactam esse, nec distinguit Caesar, utrum super sit autor violentiae, sive ille tantum, qui ab isto causam habet, illumque re praesentat, in quem transire odium violentiae, et turpia lucra illi extorqueri, non est iniquum, L. 11. ff. de divers. et temp. praescript. L. 38. ff. d. R. I. Quod tamen fieri saepe non posset, si iusurandum nostrum hoc casu non admitteremus. Quod quidem etiam locum invenire putto, si adversus raptoris heredem condicione furtiva agatur, iuxta L. 2. §. f. vi bon. rapt. et L. 9. ff. d. condit. furt. Nam licet haec actio ex delicto non sit, occasione tamen delicti ex facto extraordinario datur, atque hocce casu violentam ablationem utique praesupponit, quamvis verbis temperatis et levioribus quodammodo utamur. Atque hoc verum esse existimo, licet casum supponas, ubi nihil ad heredem pervenit: nam et tunc sufficiet, violentiam esse patefactam, si maxime non violentiae reus ipse, sed ille tantum super sit, qui re praesentat defundit. Porro, cum aequitas canonica indistincte exigat reparacionem damni ab herede delinquentis, licet nihil ad ipsum pervenerit, cap. f. X. de sepult. et cap. in literis 5. X. de rapt. quod fori German. praxi convenire tradunt, BRUNNEM. ad L. 23. n. 11. et 12. ff. ad L. aquil. Dn. SCHILT. Exer. 19. tb. 73. et tunc iurisurando locum esse, ex dictis concluso, Quae eadem me movent, ut exultimem, et aduersus singularem successorem, violentiae non participem (nam, contra hunc iurari posse, nullum dubium) sed saltrem consciuum, vel etiam non consciuum, sacramento esse locum, quatenus nempe, tanquam causam habens, a violentiae autore, actionibus, quibus hic tenetur, ex eius facto conveniri potest, e.c. remedio ex cap. saepe X. de refit. spol. quod contra tertium possesorem violentiae consciuum datur; actione, quod metus

*An iusurandum n.
locum con-
tra heredem
rei ba-
beat, si a-
gatur con-
ditione
furtiva.*

metus causa, L. 9. §. 5. b. t. remedio ex cap. redintegr. c. c. qu. 1.
quea etiam contra violentiae ignaros, saltem, quod quidem
ad ultimum attinet, ex sententia in foro recepta competere
solet.

XXVI. Ceterum dantur quidam casus, ubi adversus
tertium, nullam causam a violentiae reo habentem, dolique
non participem, propter spolium vel rapinam agi potest.
Hisce tamen casibus, cum adversus hunc, odium delinquen-
Regulari-
torum non posse, deficiente una legis ratione, quam du-
plicem esse, supra dixi, iuramentum hocce utique cessabit,
Hinc non deferri poterit adversus dominum territorii, contra ter-
qui securitatem praestare debet in via publica, ad resarcien-
dam a latronibus data, viatoribus, et mercatoribus sol-
ventibus vestigal. GAIL. lib. 2. Obs. 64. SCHNEIDEW. ad §.
19. I. de Act. n. 19. nec adversus illum, qui promisit mercato-
ribus solvere omnem quantitatem, quae probabitur de-
praedata; PLOT. d. loc. §. 2. n. 32. Porro cessabit eo casu, si
quando statuto cayeatur, ut, si quis fuerit derobatus in civi-
tate, vel villa, civitas, vel villa teneatur ad emendationem
damni, SCHNEID. d. l. SALICET. ad b. n. L. n. 3. qui et ipse
ad illum casum id extendit, si maxime villa non detinuit
malefactorem, cum possit, siquidem hoc, culpa factum, SA-
LICET. d. l. Sin vero dolo, aliud utique foret dicendum,
MASCARD. Concl. 471. n. 21. GILHAUS. d. l. n. 5.

XXVII. Videndum nunc, in quibusnam iudiciis, et
super quibus rebus, iurandum hoc deferri possit. Ubi
quidem ex antea dictis praesertim Th. VII. constat, in
omnibus iudiciis, ubi vis, seu violentia arguitur, locum esse etionibus,
huic iuramento. Qua parte omnes fere Dd. consentien-
tes habemus, Canonistas etiam, et inter hos INNOCEN-
TIUM, PANORMITANUM ad d. cap. ult. X. de his, quae vi me-
tusse causa. Dissentit tamen BUTRIUS ad L. un. C. de Butrii opini-
sent, quae pro eo, quod interest, qui ad violentiam expulsivam, nio contra-
et ablativam iuramentum nostrum tantum pertinere alle-
ria repro-
batur.

rit: ideo, quod in his speciebus violentiae plus delinquitur, quam in reliquis. Sed quia omnem violentiam Ius nostrum odio profecitur, Constitutioque nostra generaliter de vi concepta est, non puto aberrare illos, qui in communi sententia subsistunt. Atque sic primo loco hic ponenda est actio ex interdicto *unde vi*, vel *de vi*, et *vi armata*, ubi, ob vim expulsivam agi, iam supra dictum, quam actionem eleganter tractat *CICERO Orat. pro Cæcina*.

Recensentur actio-nes, ubi iuramentum. Zen. deferri potest. Cum vero hoc interdictum, vel actio ex illo, ad recuperandam rerum immobilium possessionem primario tendat, *L. 1. §. 3. et 42. L. 3. ff. d. vi, et vi armata*, consequens est, ut quicquid damni datum esse senserit actor in re invasa e. c. si villaæ et aedes incendio consumptæ, *L. 1. §. 31. 35. d. tit.*

Actio ex interdicto unde vi. hoc iuramento aestimari posse. Imo, quoniam ob res mobiles quoque, quas ibi habuit, tanquam accessoriæ, ex hoc interdicto agitur, licet in dieicti arbitrio sit, utrum de mobilibus ad exhibendum, an vi bonorum raptorum experiri velit, *§. 32. d. L. 1.* nullum dubium, quin sacramento nostro sit etiam ob hanc res locus. Quae omnia etiam de in factum actione ex causa huius interdicti, quae datur, cuius mentio fit in *L. 1. §. 43. et 48. L. 2. ff. d. vi, et vi armata*. affirmare nullus dubito, cum et illa violentiam presupponat. Sed cum ob vim expulsivam alia quoque remedia dentur, tum juris civilis, tum juris Canon. de illis quoque dispiciendum est, num nostrum sacramentum admittant. Et quidem, quod ad Ius Can. attinet, nota sunt illa famosissima duo remedia *ex Cap. saepe X. d. restit. spol. et ex Can. redintegranda caus. 3. qu. 1.* ad quod ultimum nominatum *n. L. trahit ZIEGL. in diss. ad d. can. cap. 8. circa fin.* Quibus si quis experiatur, nullam causam video, cur peccet vel ipse, vel iudex, si petatur vel deferatur hoc iurandum. Ex iure civili nota est famosa illa Constitutio *si quis in tantam C. unde vi et L. fin. C. unde vi. L. s. confiterit 4. C. fin. regund.* Ex hac ultima constitutione cum de violencia commissa non agatur, ut animadvertis *MENOCH. remed. poss.*

pos. recip. 9. n. 333. in f. consequens est, nec iuris iurandi hic posse esse ullam partes. Quod ad *L. 7. C. unde vi*, attinet, duo illa continet, ut scilicet (1) ille, qui violenter alterius invasit possessionem, restituat illam possessori: (2.) amittat dominium, si dominus; aut, si non sit, praestet rei restitutae aestimationem. Huius intuitu non opus nostro Sacramento; prius vero nil aliud est, quam quod interdictio *unde vi* continetur. Quodsi itaque, quando ex hac Constitutione agitur, quaestio oritur de damnis, in re invasa datis, vel rebus simili exportatis, nullus ambigo, quin auctor deferri possit *ZENON.* iuriandum. Simile quodammodo huic Constitutioni est Edictum D. Marci in *L. 13. ff. quod met. eans*, cui et illa fortasse ortum debet. Sed cum istud tantum de amisione crediti agat, *Gl. et BART. ad d. l.* non appareat, qua ratione applicari edicto nostra queat Constitution. In *L. fin. C. unde vi*, Iustinianus interdictum *unsevi* ad eum casum extendit, quo quis absque violentia vacuam possessionem occupavit. An ergo et sacramento locus erit? Non puto: quoniam violentia cessat, et non credibile, Iustinianum duo singulare constituere voluisse.

XXVIII. Posthaec locum inventum nostrum iuriurandum in actione *vi bonorum raptorum*, quae ob vim ablativam *Actio de vi bonorum raptorum.* dari solet, ad quam etiam nominatum resert *SCHNEIDEW.* §. 19. *I. d. Action. n. 26.* In qua illud peculiare, quod, si quantitas rerum ablatarum, aestimatioque iuramento afferta, secundum illam quoque triplum, quod poena est, aemari debeat. *SCHNEID. d. loc.* Praeterea, quando ob vim *Interdictum uti possidetis, et utrubi;* qui eam sibi vindicare et acquirere vult, interdicto, *uti possidetis, et utrubi;* bebit nostrum iuramentum, et eo magis, quod et secundum *item quod vi aut ius forum in interdicto, quod vi, aut clam, in item licet clam.* iurare, *L. 15. §. 9. quod vi, aut clam, R OFREDIIS Part.* VII. *Ordin. Iud. ad Confit. sequendo, n. 2. SALICET. ad n. L. qu. 2.* qui quidem hanc sententiam tantum admittit, si dolus

arguatur. Sed cum violentia nunquam non cum dolo sit coniuncta, L. 2. §. 8. de vi bon. rapt. BARGAL. de dolo L. 2. c. 3. §. 57. non adeo multum ponderis ineſt huic monito. Quodsi vero defendendo vim vi repellere quis cogatur, nec alias adversus ipsum actio dari poterit. L. 3. ff. d. I. et I. L. 1. ff. d. vi. et vi. arm. L. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. Deinde interdictum,

*Interdi-
ctum ne vis
fiat ei, qui
in posses-
sione mis-
sus est.*

*Causae pi-
gnoratio-
num.*

ne vis fiat ei, qui in possessionem missus, qua ob vim turbavitam, interdum etiam expulsivam, agitur, non respuit nostrum iusurandum. Oldend. Clas. II. Ad. V. §. 8. Huc etiam pertinent causae pignorationum, in quibus, Sacramentum nostrum decrevile Cameram Imperii, testatur GAIL. de Pignorat. c. 18. MYNSING. Cent. 3. Obs. 21. Istam vero turbativam vim, licet multi etiam inquietativam vocent, quod et facit SALICETUS d. loc. alii tamen inquietativam in specie istam dicunt, qua quis in possessione aliquem turbat, non animo sibi acquirendi, et obtainendi eandem, sed vexandi ergo, tantum ex petulantia vel malitia. LAUTERB. tit. quod met. caus. tb. 9. Propter has species violentiae tum iniuriarum, tum ex L. Aquilia ob damna data actio competit. L. 3. §. fin. ff. d. iniur. t. t. ff. ad L. Aquil. LAUTERB. d. l. Prioris actionis natura non fert, ut dicamus locum esse iuramento: posterior vero, licet alioquin id non admittat, non respuit tamen, si violentia cum damno per iniuriat datum concurrat. Propter vim compellivam actione, A. Fio: quod metus causa, agi, notum est. L. 21. §. 6. b. r. Itaque si fortasse quis metu iusto territus res, quas secum habuit, alicui dedit, licet Iudex, vel officialis sit, qui accepit iniuste; posteaque illas ista actione repeat: vel si quis ob iustum metum ab alio incussum, res suas dereliquerit, vel alio modo damna accepit, eoque nomine dicta actione experiantur: nullum dubium, quin, probato metu, seu vi compulsiva, effectu suo gaudeat nostrum sacramentum. MASCARD. d. Probat. Vol. I. concl. 471. n. et Vol. III. concl. 1132. n. et late PLOT. §. 3. n. 7. §. 22 licet GLOSSA ad c. f. X. de bu, quae vi met. diffentire videatur. Ad istam vim compellivam pertinent dif- fidatio-

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 35

fidationes, et minitationes, quibus hostiles inimicitiae de-
nunciari solent, quaeve in Imperio nostro Romano-Ger-
manico post perpetuam pacem publicam, a Maximiliano I. fra-
tione saluberrima munitam prohibitae, et in crimen fra-
ctae pacis publicae incidunt. *Conf. d. diffid. de anno 1521.*

*Causae
diffidatio-
num et
fractas
pacis pu-
blicae.*

1515. §. *Wir setzen etc. tit. Die poen aller Friedbrecher.* Quodlibet propter damna per diffidationes, imo in universum ob fractam pacem publicam, in qua omnes tantum non semper species violentiae concurrunt, data atque nata agatur, quis dubitet, damna illa ZENONIANO sacramento manifestari posse? *Kayser! Landfrieden de A. 1548. tit. 10. et 28.*

XXIX. Si propter furtum agatur, lis est non exigua inter Dd. utrum iuramento quoque nostro locus esse posfit? *Si ob fur-
Qua de re paucis videbimus. Et primo quidem res caretum aga-
dubio, si de illo fure quaestio sit, qui per vim res alienas rapit, quid tur, quid
quive ideo improbus fur dicitur, atque furti etiam tenetur,
propriae actione *vi bonorum raptorum* conveniri potest.
pr. I. de vi bon. rapt. Adversus enim hunc si agitur, sive tan-
quam adversus furem, sive tanquam adversus raptorem, quis
ambiget, iuramento nostro dari locum? Quod et idem obti-
nere puto, si conditione furtiva quis experiatur, quippe
quae etiam adversus raptorem, seu praedonem datur. L. 2.
S. pen. ff. d. vi bon. rapt. L. 10. §. 1. ff. d. Conditt. furt. Sed illud est
potissimum in quaestione, si res clam amota absque omni
vi, utrum tunc sit deferendum iusurandum? Ubi quidem
etiam res expedita, si statuto extendatur Constitutio ad
furtum: quale Bononiae esse dicitur, vi cuius, si scholari fa-
tum est furtum, vicinia tenetur ad res ablatas restituendias, declarandas facramento scholaris. *BARTOL. b. l. n.*
Haut pauci sunt ex interpretibus, qui aequitate se moveri di-
cunt, atque tum ob difficultatem probationis, quae et hic se-
se exerit, tum ob odium furum, quod aequum magnum est
ac violentiae, ac tantum, ut quamplurima nova extorserit,
ceu ex *pr. I. d. vi bon. rapt. et §. 14. I. de Actiōn.* apparēt, ad
hos calūs extendunt ZENONIANAM Constitutionem. *Gloss:**

36 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

Harmenup. L. I. T. VI. BARTOL. et IASON ad h. L. m. 47.
aliisque, quos excitat MASCARD. Vol. I. Concl. 472. n. 16. PANORM. ad cap. f. X. de his, quae vi metusve caus. GILHAUS.
Arbor. iudic. civ. c. 6. §. 170. n. 3. PLOT. §. 4. n. 5. Itaque si patefactum fuerit, Titium aperuisse crumenam, vel validiam aut capsam etc. vel, quod in cella alterius aut horreo, furandi causa fuerit, licet non posit probari quantitas rerum, volunt deferendum esse iusurandum super rebus, earum quantitate et aestimatione. *PLOT. d. l. Quam sententiam non improba,*
revidetur CARPZ. Pri. Cr. qu. 78. n. 50. 60. Alii e contrario rō
þntòv urgent, atque hanc constitutionem ZENONIANAM
de vi nominativi conceptam, regulisque iuris communis
derogantem, non temere ad alium casum porrigidam
esse existimant. Nam licet odio digni fures sint, delinquent tamen longe atrocius, et perniciosius publicae tranquillitati, qui per vim rapiunt, aut alienam possessionem despoliant *L. 3. §. in hac actione ff. d. vi in bon. rapt.* Et cum ab homine vigilantissimo furtum, praecaveri posit, ideo inter casus fortuitos non numeretur, nisi a domesticis admissum, aliisque, quibus erat fidendum: aequius videtur ei succurrendum esse, cui vis illata, quam cui res clam surrepta est, cuius negligentia aliqua semper concurrit. *DURÉNUS ad L. 5. §. 4. ff. de in litem iurando. GIPHAN. ad L. 9.*
C. unde vi. Ego horum sententiam veritati theoricae, et principiis supra Th. IX. et XV. constitutis magis convenire arbitror, eo praesertim casu, ubi fur nec fassus est, nec alias constat, has vel istas res, quas, dum furtum commisit, abstulisse eum simul, dicitur; in eo loco fuisse. Negandum interim non est, priores numero vincere, et usum habere assentientem: qui adeo improbandus non est, cum furum copia quotidie crescat, sicque odium illorum etiam debeat augeri. Similis quaestio circa res signatas, depositis, restas, et resignatas restitutas, intuitu praefertim cauponis, a signatis ve- Dd. tractantur, quorum plerique et hic legem ZENONIS ro restitu- trahunt, si dolus arguatur. *HOSTIENS. PANORMIT. ad cap. tis.*

f. X.

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 37

f. X. de his, quae vi, met. MASCARD. Vol. I. concl. 472. n. 14.
BRUNNEM. Proc. civ. c. 23. n. 5. PLOT. §. 4. n. 6. qui etiam ad omne damnum dolo malo datum, ubicunque difficultas probandi adest, extendit Constitutionem. Ego vero de his omnibus eadem sentio, quae de furto antea dixi.

XXX. Ceterum si quis ob res per vim ablatas, vel in-
vasas, vel metu extortas, rei vindicatione, vel Publiciana-
dum n. lo-
catione agat (quod quidem cum utiliora suppetant, con-
sultum non esse, quilibet intelligit) cum fundamentum
intentionis non in violentia commissa, sed in dominio ve-
ro, vel factio ponat, videtur ipsi haut prodeesse Sacramentum. *An iurandum n. lo-*
cum baber-
at in actione
ne publici-
ana et rei
vindicatio-
ne.
Quodsi tamen simul in libello fecit mentionem violentiae,
illaque patefacta, haut video, cur non et tunc ob difficultatem probandi aditus pateat ad iusurandum praesens: quod praefertim de ea in rem actione dicendum, quam Praetor restituit, L. 9. §. 4. ff. quod vi aut met. L. 3. C. eod.

XXXI. Illud vero hic insuper notandum DD. com-
muniter assere, iusurandum nostrum non pertinere ad in causis
casus, quando agitur criminaliter, atque ideo opus manife-
statione damni, ut maior vel minor, poena publica posit
decerni. *An etiam*
criminali-
buss.
BARTOL. in L. f. ff. d. in lit. iur. ANGEL. ad b. L. n.
MASCARD. de Prob. Vol. I. c. 472. n. 42. GILHAUS. c. 6.
P. I. §. 170. n. 8. SCHNEID. ad §. 19. I. d. A. 3. n. 18. Cuius rei
ratio partim ex ipso Constitutione petitur, quae privatam
respicit satisfactionem, partim ex L. f. C. de prob. quae in
criminalibus exigit probationem vel testibus, vel apertissimi
mis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis,
et luce clarioribus expeditam: qualis cum iuramentum non
sit, ut Dd. omnes fatentur, hoc loco pro sufficienti haut po-
test haberi. Dissentit JASON in L. n. vers. puto contrarium,
qui quidem, delictum apertissime probandum esse, sed ta-
men damnum inde proveniens iuramento posse confirmari
concludit. Ego in sententia priori subsisto: quam tamen
intelligo de poena graviori, et praefertim capitali, aut cor-
poris afflictiva. Quoad leviores autem poenas, e. c. multae,

E 3 vel

vel carceris, non adeo ineptum esse credo, si iuriurando huic locum faciamus; cum rationes illius non repugnant, nec tantum praejudicium subdit, quantum in poenis gravioribus. Deinde d. Dd. sententiam ita capio, ut intelligenda sit de effectu condemnationis. Nam si tantum quaeftio est de indagando corpore delicti, de indiciis ad inquirendum, vel ad iuriurandum purgatorium reo imponendum, vel, ceteris paribus, torturam decernendam, effectu suo gaudere sacramentum nostrum, nullus ambigo. Plane, si de re ablata iam alias constet, nondum tamen de aestimatione eius, illaque aliunde non posfit cognosci, statiri iuratae aestimationi illius, cui res ablata, etiam, si de poena capitali infligenda agatur, notum est, atque ex CARPZOV. in Pr. Cr. qu. 78. n. 59. difci potest. Sed hoc iuriurandum non esse nostrum ZENONIANUM, ex dictis supra Tb. XII. et XIX. fatis constat: quamvis id illuc referre videatur CARPZOV. l. c. n. 60.

XXXII. Ceterum super omnibus rebus, quae actionibus modo recensitis in iudicium deduci possunt, dezen. iuramenti; res ferri poterit: five res mobiles ablatae propriae, vel alienae, scil. super apud auctorem depositae, commodatae vel pigneratae, quibus derum habuit usum vel usumfructum L. i. § 33. ff. de vi, et vi ferarur. arm. Conf. Tb. XXI, quorundam etiam instrumenta pertinent, nec non pecunia: nam licet illa aestimationem suam habeat, atque adeo iuramentum in item cesserit intuitu numerorum, L. 3 ff. d. in lit. iur. aliud tamen de nostro iure iurando dicendum, quia id non tantum, nec primario respicit aestimationem, sed ipsam rei existentiam, et quantitatem: five porro in illis, aut etiam in rebus immobilibus propriis, aut alienis, incendio, ruina, vel alio quoconque modo damnum datum, L. i. §. 33. seqq. ff. de vi, et vi armata, vel intuitu quoque rerum incorporalium nocitum, arg. L. 7. ff. si servat. vind. L. i. §. 33. ff. d. vi, et vi arm. Nam et de dampnis nominatum loquitur Constitutio, ut adeo male excludat illa

TREUTL.

TREUTL. Vol. I. disp. 21, tb. 1, 2, lit. G. recte notatus a BACHOVIO ad loc. Nec intereft, utrum res ablatae vel perierint, aut damnum datum tempore impetus, invasionis, vel violentiae ipsius commissae; an paulo post, occasione tamen violentiae. Verba enim illa: *tempore impetus*, non ita abscisse capienda, ut momentum, quo vis commissa, significent, sed cum tractu quodam temporis. Hinc si, postquam violentus invasor recesfit, nondum tamen reddit dominus, vel ob metum non redire potuit, ab aliis res quedam abreptae, vel damna data, super hisce etiam adversus violentiae reum iurari potest, L. 1. §. 34. ff. d. vi, et vi armata. Imo si ipso tempore invasionis ab aliis accidentibus res ablatae, vel damna data, et illa huc pertinere, certum est. Porro et res, quae apud reum ob ipsius moram perierunt, licet et apud dominum casu naturali periissent L. 1. §. 34. L. pen. ff. d. vi, et vi arm. B. ZIEGL. ad c. redinteg. c. 8. §. 2. obiectum constituent nostri iuramenti. BRUNNEM. ad L. 11. n. 7. Posthaec etiam ad fructus pertinet ius iurandum, L. 1. §. 40. d. vi, et vi arm. MASCARD. Vol. III. c. 1336. n. 18. atque id, quod intereft, a. l. §. 41. ff. d. vi, et vi arm. PLOT. §. 40. n. 4. nec non expensas c. 7. c. 2. q. 1. Non tantum autem de rebus, sed etiam de pretio istarum rerum iurari, iam supra fuit dictum Th. XII. et ex texibus Iuris Canonici, et civilis satis perspicuum est. Quis enim alias aestimare posset melius rem, quae non extat, quam dominus, aut ille, qui istam amisit? L. in actionibus 5. §. 4. ff. d. in lit. iur. Ceterum si aliunde apparrere posfit, quid, et quantum subtrahit, non esse ferendum, ut de sola aestimatione auctori iurare concedatur, nec tane ad hunc casum ZENONIANAM Constitutionem pertinere, assertit ANT. FABER dec. 8. err. 8. n. 4. Cui in eo assentior, quod ad hunc casum non pertineat Constitutio ZENONIS, et per hoc nec Sacramentum ZENONIANUM. Interim tamen nullum penes me dubium, quin, eiusmodi specie proposita, iusiurandum in item commune super aestimatione

40 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

tione, vel pretio locum reperire queat, L. 68. ff. d. R. V. Conf. dicta supra tb. XVIII.

Probatio violentiae, huius deveniat Iudex, adesse debent quaedam requisita, praecedere quae paucis iam enarranda sunt. Namque (1.) vis debet esse patefacta, b. e. debet certo constare, vim factam esse. Zenon. de-Conf. Tb. VIII. De qua si constat, constat etiam de dolo, lationem. cum omnis violentia de genere prohibitorum L. 2. §. 8. ff. de vi bon. rapt. BARGAL. de dolo L. II. c. 3. n. 57. Imo iam constat etiam generaliter de damno aliquo dato: quod in hoc argumento sufficit, per L. n. Nam quod quidam existimant, damna etiam data, resque ablata esse, probari debere, tantumque super numero, quantitate, vel aestimatione iurari posse, MEISCHN. T. 3. d. 9. n. 21. id aut plane admittendum non est, aut cum grano salis accipiendo. Itaque si constat, Titulum fundum meum invasisse, satis id est; nec opus, ut probeatur, damna ex hac invasione data esse, vel res ablatas: sed sufficit allegare, res particulares non extare, vel non apparere, vel damna data esse. Porro si constat, vim mihi factam fuisse in via publica a Titio, egoque querer, mili etiam esse quid ablatum a Titio, nulla opus probatione, habuisse me quasdam res, esseque quid ablatum; sed iuramento meo standum est plane, si casum supponas, ubi de violentia non aliter certi esse possumus, quam si appareat, esse quid ablatum, vel damnum aliquod datum; e.g. si dicas pecora violenter esse abducta, facile concedo, de hac re constare debere; cum aliter vis patefieri non poscit. At exinde colligere non licet, quasi in universum non sufficiat constare de violentia, sed probandum sit, damna data, et res ablatas esse: quod certe plane nostrae Constitutioni adversatur. Conf. dicta Tb. XII. Hanc vero sententiam meam apprime firmant tum ipsa verba Constitutionis ibi: *deinde super etc.* tum textus Iuris Canonici, Tb. XVI. relati, sequentesque Dd. DON. L. 26. c. 6. lit. C. ibique HILLIG. BARTOL. ad L. 5. n. 22. ff. d. in lit. iur.

IA-

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 41

IASON ibid. n. 40. IMMOL. in cap. fin. X. de his, quae vi eit.
MASC. Vol. IV. C. 1328. n. 18.

XXXIV. Quomodo autem constare debeat de vi, *Quomodo* iam videndum. Et liquido id fieri debere, GLOSSA, et *vis proba-*
Dd. ex verbo: patefacta, recte colligunt. Quod procul*ri debeat.*
dubio sit, quando reus ipse fassus est iudicitaliter, se vim fe-
cisse: quo casu nulla opus est ulteriori probatione, L. 54.
C. de rei vend. except. L. 13. *C. d' nonnum pec.* nec aliae sunt,
partes iudicis in confidentem, quam ut condemnet, L. 25.
§. 2. ff. ad L. Aquil. imo pro iudicato habetur, L. 1. ff. de Con-
fess. SCHILT. Ex. 46. tb. 7. Quia parte iudex potest, imo
debet interrogationibus uti, iuxta L. 21. ff. d. interrog. iun-
cta L. 2. et 3. ff. eod. R. noviss. J. §. 41. Porro et tunc satis pate-
facta vis est, si in notorietate confessat; modo de ipsa no-
torietate constet. *Can. 7. c. 47. qu. 1. cap. 9. X. de accus.* MA-
SCARD. de Prob. c. 108. Quodsi vero nec confessus est reus,
nec notoria est vis, danda opera est ab auctore, ut alio mo-
do patefiat. Non enim assertioni auctoris soli, qui dicit, se
vim pauprimum esse, nec iuratae quidem credi potest, secun-
dum regulas iuris communis, ut Th. IX. supra dixi; neque
etiam hac parte ZENO aliquid novi constituit, sed ter-
minis juris veteris rem reliquit. Refringit scil. Sacra-
mentum, quod introduxit, tantum ad res ablatas, et qui-
dem sub conditione, si modo vis patefacta, modis scilicet
aliis confuetis. Probari itaque debet ante omnia vis,
quod omnes omnino interpretes agnoscent: *vid. MASC.*
Vol. 4. Concl. 1328. CONTARD. ad L. un. C. si de moment. poss.
Ampliar. n. 19. scqq. Quod potest fieri per testes, prout
id docet Pontifex *in cap. X ult. de his, quae vi meruisse caus.*
vel per instrumenta, ut tradit HOSTIENS. in C. ad se-
dem, de restit. spol. aliquique allegati a MASCARDO Vol. 1. C.
461. n. 9. Confer. late *idem Vol. 4. C. 147.* Probatio autem
illa fieri debet secundum qualitatem causae et processus,
in quo versamur. Hinc si ordinarie causa tractatur, pro-
batione solenni opus est; si in summario, demonstratio

F suffi-

42 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

sufficit, sed concludens et plena tamen, quae fit regulariter per duos testes, L. 12. ff. d. *testib.* Atque ita forte intelligi vult *SALICETUS ad h. n. L.* qui, licet alias in interdictis summariae sufficient probations L. un. C. si de mom. possess. L. 8. C. unde i, L. 3. C. de interdit, in interdicto tamen unde videtur non sufficere dicit. Conf. *MASCARD. Vol. 4. d. prob. c.*

Quid juris sit in casibus, ubi probatio est difficultas, puta, si noctu, vel in loco solitario vis facta, eo casu leviores probationes, et factas per coniecturas, testesque inhabiles, et non omni exceptione maiores, ut parentes, socios, familiares, et domesticos admittat; non male tradunt Dd. PLOT. §. 4. n. 37. PANORMITAN. ad c. f. X. de his, quae vi met. Porro, si semiplena tantum adsit probatio, vel demonstratio, iuramento suppletorio locum dari iuxta L. 31. ff. d. *iureiur. et L. 3. C. d. R. C.* non esse adversum analogiae iuris existimo. Quid? quod, cum ab auctore reo iusurandum toties deferri posit, quoties lex probationem exigit, L. 25. §. 3. ff. d. *probab.* nec hanc delationem hic exclusam esse censeo, modo qualitas causae iuramenti delationem alias admittat; et debito tempore id factum. Etsi vero usus fori, in possessoris retinendae, quae etiam huc pertinent, ut dictum supra Th. XXVIII. summarissimum possessorium introduxit, ubi semiplene probationes, et unus testis quoque sufficit exceptione maior: quia tamen hoc singulare est, atque maxime ad probationem possessionis vel quasi pertinet, prout id *Dec. Sax. I.* diserte ita declarat, ibi: *Zu Bescheinigung der Posseß, PHILIP. ad d. dec. obf. 8.* non puto ego, illud trahendum esse ad probationem violentiae, ac ad effectum deferendi Sacramentum ZENONIANUM. Sed raro opus hac quaestione, cum adversarius, qui et ipse possessor esse vult, haut temere negat facta turbativa, licet cum vi coniuncta. Ceterum, quando successor ad iusurandum hocce adiutum petit, probare etiam debet, se fuisse informatum de gestis, et rebus defuncti, PLOT. §. 29. n. 4. qui, quomodo id fiat,

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 43

fiat, late exponit. Porro, si ex c. saepe, X. d. restit. Spol. ad-
versus successorem spoliantis in re vitio affecta singularem
agitur, probare oportet eius scientiam violentiae. *MASC.*
vol. 4. C. 1329.

XXXV. Alterum requisitum est, ut nullo alio modo
res ablatae, vel deperditae, aut damna data, possint com-
probari; quod verba nostrae Constitutionis ipsissima, pre-
fertim vocula conditionalis, sive fatis indicant. *PLOT. §. 2.*

n. 1. seqq. Quoniam enim hoc iusiurandum est subsidiarium, *Ut iura-*
ob defectum probationis, ac necessitatem, dum alia pro-
bandi ratio nulla supereat, introducum, ideo, si haberi po-
test, ad extraordinarium huncce modum non est convo-
landum, si maxime petat actor: cui et invito deferri non po-
test, si probationibus putat se instructum. C. Th. XXXVII. inf. quid quan-
itaque, si res omnes ablatae, aut subractae, vel quaedam ad-
huc extent, licet earum restitutio per dolum et contuma-
ciam in auctoris recusetur, nulla necessitas est, illas res indi-
cari iuramento. FABER. dec. 8. err. 8. n. 1. 2. Quod ita intelli-
go, si modo iam iudici ea de re certo constet, aut probatio-
nes non desint hac parte actori. Idem dicendum, si ex ocu-
lari inspectione, et visitatione loci, edoceri de his rebus

positi iudex: modo non maiores damno sumptus in hanc
impendendi; quo casu ridiculum foret ad illam confuge-
re. Cessabit etiam sacramentum, si de redditibus et censi-
bus quaesito est, qui per registra, vel libros censuales
probari possunt: ut bene censuit correferens apud

MEICHSEN. tom. 3. dec. 9. p. 125. Porro, si res aliqua ablata
certam habet aestimationem, quid opus illam iuriurando
alterius committere? Ut vero, patet facta violentia, illa dif-
ficultas probandi intuitu vim passi praesumitur, cum in
tali casu versemur, ubi de modis probandi non potuit sibi
prospicere actor; adeoque nuda allegatio sufficit *BAR-*
TOL. ad L. 5. ff. d. in lit. iur. ita existimo, reo contrarium
probante, copiam nempe adeste actori probationum, non
deferendum esse agenti iusiurandum: quoniam tunc una

ratio Constitutionis cessat; qua tamen in re multum tribuendum iudicis arbitrio monet PLOT. §. 2. n. 8. Non vero audiendus foret reus, si dicat, sibi iusurandum possit deferre auctorem, cum, ut hoc faciat auctor, atque periculum causae spoliatoris conscientiae committat, nullo iure cogatur; sed ob difficultatem probationis, in odium violenti invaforis, beneficio gaudeat ZENONIANO. Si tamen velit, reum potius, quam se iurare, non video, quid obftet. Invitus vero hic iurare non cogitur, sed, si auctor detrectet sacramentum ZENONIANUM, reus absolvendus foret. Ceterum, si iudiciale delatum, praevio iuramento calumniae auctoris, utique iurare debet, vel iusurandum referre. L. 34. ff. d. iurever. modo hoc ultimum ob qualitatem facti alias fieri posuit. Plane, si probatio rerum abreptarum, atque damni dati, iniuncta fuerit auctori, illeque intra terminum probatorium neglexerit probationes, quas habere potuisse illum constat; nec ad iusurandum admittendum esse, nec ad novas probations ratio postulat, et quidem nec ad has in instantia appellationis illis in locis, ubi a lege terminus probatorius est praefinitus, uti in Saxonia nostra P. 1. C. 21. ubi CARPZOV. Quibus tamen casibus ocularis inspectio non denegari debet. MARTIN. ad Ord. Iud. tit. XVIII.

Taxatio iudicis debet etiam praecedere, et quomodo illa fiat.

XXXVI. Porro, quod tertium est requisitum, TAXATIO iudicis praecedat, necesse est. Circa quam illa repetenda, quae supra iam dicta Th. VIII. et habet CULAC. L. II. o. 12. Quae ut commode fieri posuit, praesupponitur, ab auctore fuisse exhibitam specificam designationem rerum deperditarum, vel dannorum datorum, cum illorum aestimatione. Quod quidem statim cum libello fieri potest, SCHNEID. ad §. 19. vers. vi bonorum raptorum, n. 10. I. d. Alt. Si tamen id non factum, sed generalis tantummodo dannorum, et rerum deperditarum mentione facta, specialis etiam postea poterit exhiberi. MEICHSN. Tom. 2. dec. 9. n. 221. Taxat vero iudex boni viri arbitratus MEV. p. 6. d. 378. habetque rationem tum personae, tum negotii qualitatis, tum rerum abreptarum, tum etiam aestimatio-

mationis. Hinc si pauper est actor, vel rusticus deieetus, et supellecitem auream, et pretiosam, vel bibliothecam suisse in loco isto diceret, non foret hac parte audiendus. It. si homo pauper, vel mercator vilis vellet iurare, quod amiserit res valentes mille marcas, vel plura dolia in cella suisse, quam locus capere potest; vel si quis assereret, mille oves ex praedio esse abactos, cum praedium tamen tot oves alere non possit: Iudex omnia ita taxare debet, ut tantum faltem iuramento confirmari permittat, quantum verisimile est amitti potuisse. Eodem modo res sece habet, si dicitur, ab uno homine ne tantum damni datum esse, aut tantum rerum ablatum, quantum vix a decem hominibus fieri potest. Pariter, si actor maius pretium rerum, quam par est, petierit, iudicis quoque est idem ad aequitatem redigere: qui alioquin in aestimanda re id tempus debet spectare, quo res unquam plurimi fuit. a. L. 8. §. f. L. ult. ff. d. condit. furt. VENN. Lib. i. qu. 39. Confer. GLOSS. BARTOL. et SALICET. ad n. L. RO-
FRED. loco saepe cit. PANORM. l. c. c. f. X. de bis, quae vi met.
Haec vero ut recte fiant, diligenter iudex inquire debet in causas scientiae, et rationes, quibus movetur iuratus, eumque interrogare; porro adhibere iudicium peritorum rerum, de quibus quaestio, vel etiam curare inspici locum, ubi violentia commissa, damnumque datum. Imo etiam ad istam taxationem citare debet partem adversam, istamque audire, si adsint, de quibus moneatur iudex, probareque velit, tanti non aestimandum, quod petit actor; Quibus factis postea arbitrium suum interponit. MASCARD.
Vol. IV. Cocl. 1336. n. 19.

XXXVII. Ista taxatione facta, ad iuriandum tandem deveniendum est, atque id decernendum a iudice. taxatione inter Quod ita fieri potest, ut iuriandum interlocutoria iniungat. Zen. jura- illud praestitum: qualis formula apud GAIL, extat de Pignor. cuius exhib- Obs. 18. in haec verba concepta. In Sachen Klägere wieder B. bentur for- beklagten die abgepfändete Stück Rind-Vieches belangend, in mulae.

puncto partitionis ist von Amts wegen erkant. Wolte und möchte gedachter Kläger für sich selbst, oder sein vollmächtiger Anwalt einen Eyd zu Gort und auf das H. Evangelium schweren, daß er lieber N. Gülden, denn die abgepfändete stücke Rind-Viebes entrathen wolte, das solches gehöret werden, und ferner darauf ergeben soll, was recht ist. Quo facto post praestitum iuramentum alia sententia condemnatoria opus, cuius formula apud eundem GAILIUM d. l. reperitur, de qua infra agendum. Vel potest etiam sententia illa, ita concipi, ut eventualem contineat condemnationem in hunc modum. Dass Kläger, dass ihm Beklagter an Früchten, so viel als er liquidiret, weggeföhret, zubefcheinigen nicht verbinden. Und sind die von Klägern angegebene Schäden von anno 1691, 1692, und 1694, zusammen auf 44 thaler 12. gr. zumässigen. Würde nur derselben Principal vermittelst Eyses erhalten, und dass angeregte Schäden unter die moderirte summa sich nicht belauften, jedoch, gestalten Sachen nach nur, de credulitate schwabren, so ist Beklagters Principal solche Summa in Sächsischer Frist bey Vermeyding der Hülfse ihm zu bezahlen schuldig. Qualem Ordo ICTORUM Witteberg, nomine Praesciti Islebiensis concepit Mens. Oct. 1701. Neque enim ignotum, talem sententiam conditionalem ferri posse. BBUNNEM, in Proc. civ. c. 26. n. 34. seq. Quae omnia ita fieri possunt, si liquidatio damnorum, aut rerum ablatarum iam facta fuerit, ut dictum Th. XXXVI. Ea enim nondum facta, non est absurdum, in genere fieri condemnationem in restitutionem damnorum, et rerum ablatarum, et harum liquidationem ac taxationem, iurataque manifestationem peculiari processui reservare, MEASCHN.

Forma sacramenti Zenoniani. Tom. III. dec. 9. n. 22. MINSING. C. IV. O. ult. Ex dictis vero simul apparet, qua forma iusurandum hoc nostrum praestandum sit, eas scilicet, ut non tantum super aestimatione, sed quoque ipsis rebus ablatis, vel damnis dati iuretur. Evidem GAILII formulae tantum respicere videntur aestimationem pecorum pignoratorum, sed implicite ipsa pecora quoque

que continentur. Qui enim iurat, se N. florenis malle care-re, quam pignoratis armentis, ille ipse quoque confirmat, armenta illa ablata sibi fuisse. Quod et idem de altera formula dicendum, quae diserte liberat reum a probatione damni, lannumque praevia moderatione iuramento asto-ris committit. Interim posterior formula Gailiana prae-ferenda, quod magis diserte ad veritatem aestimationis re-spiciat: cum Gailiana ista ad affectionem quodammodo referri videatur. Quo loco notanda verba *MEICHSN.*
T. III. d. 9. n. 221. dicentis: *Non enim debet quis iurare, quod pro tanto noluit perdidisse illas res, sed debet iurare tantum, in veritate esse aestimationem rerum.* Cum his ipsis vero formulis convenientum, quae in scholio apud *HAR-MENUPULUM lib. 1. tit. 7.* habetur, quod iubet iurare, ἐτὶ δὲ οὐ τονα τῶν τοσθων απόλεσεν, σε τοτ, ταντaque, nec mino-ra ex ea sibi facta iniuria detrimenta percepsisse: tum, quam proponit *ROFREDUS* loco saepius allegat. *n. 6.* *Ego iuro, Do-mine, per haec sancta Dei Evangelia, quod tempore impetus ipsius invasionis ego amissi tot res: ienimes illae tantum nalebant.* Eodem etiam recidunt, quae fuggerit *SCHNEID.* *ad S. 19.*
I. d. Alt. rubr. vi. bon. rapt. ubi n. 19. ita scribit: *Denn nach gemeinen Kayserlichen Rechten so schützen der Kläger seinen er-littenen Schaden und interesse auf eine gewisse Summa, welche der Richter mässiger und taxiret, und diefößige Mässigung muß der Kläger mit seinem Eyde erhalten, daß sein angegebe-ner Schade nicht geringer gewesen sey.* Quae si quis ante oculos habeat, non difficile erit pro re nata; atque qualitate facti, et circumstantiarum, formulas concipere caufae convenientes. Porro ex hisce constat, iuramentum hoc- ce esse veritatis, quod plerique Dd. agnoscunt, *HARTO-LUS, SALICETUS ad nostram L. ROFREDUS, dict. loc. num. 7. et BRUNNEMANNUS Proc. cap. 23. num. 45.* atque adeo neque credulitati quoad res ipsas, et damna data, nec affectioni quoad pretium indulgere posse iurantem, fecus, ac existimat *CINILLUS ad L. 9. C. unde vi, sed iurare debere,*
revera

revera illud, quod taxatum est, subtraictum esse, nec minoris damnum esse, vel aestimari posse, quam taxavit iudex. Interim non praefracte nego, interdum etiam causum dari posse, ubi audiendus sit, si de credulitate iurare velit actor, e. c. si fortassis per tempus absens fuerit a fundo, qui invasus est, ita ut non adeo certo scire possit, an tot res ibidem fuerint. Quo casu tamen, uti et alias, non credulitas aliqua vaga, sed talis supponenda est, quae maxime probabilibus rationibus innixa. Tale quid movisse Dnn. Vitteb. pronunciantes, ex formula supra relata appetat. Ceterum vult *MASCARD. Vol. I. concl. 472. n. 47.* in iudicio iuriandum hoc praestandum esse, quod quidem et aliis iuramentis, quae a iudice deferuntur, est commune: quamvis in eo non assentiar *MASCARD. d. l. n. 3.* quando vult, non esse partem adversam ad praestationem huius iuramenti citandam. Iuramento etiam hocce non liberari auctorem, si maxime iuramentum calumniae generale praestiterit, recte tradit *ROFRED. in loco saepius allegato n. 7.* Quod si vero, postquam iuriandum delatum, probationes reperiatur actor, ad illasque se petat admitti, procul dubio audiendus foret, cum tunc non opus subsidiario hoc iure iuriando, a. L. g. L. 16. d. minor. L. 72. ff. d. damn. infect. L. 4. C. d. mag. conv. Conf. Th. XXXV.

Finis. XXXVIII. Quis tandem finis huius iuramenti sit, facile ex dictis constat, nempe a parte actoris, ut iuramento hocce obtineat, quid per vim ablatum, quantumve damni ipsi datum, consequaturque praestationem illius a reo; respectu vero rei, ut ipsius malitia, quam per violentiam commisit, coercentur; intuitu autem utriusque, ut decisio causae sequi possit, et litis demum fiat finis: et denique respectu reipublicae, ut tum singulorum, tum omnium communii saluti et tranquillitatii consilatur. Ut itaque hic finis obtineri possit, iudex, praefrito iuramento, reum in summam eo comprehensam condemnare debet praecise; neque remittere aliquid potest, vel in plus con-

condemnare: id quod satis indicant verba finalia n. L. Quodsi id negligit, litem suam facit ROFRED. d. loc. in fin. BALD. ad L. n. i. Formulam, qua condemnatio fit, nisi iam in eventum sententia priori contigit, exhibet GAIL. d. pignor. cap. 18. In Sachen etc. ist auf erstateten Eyd erkant, daß gedachter Beklagte die taxirte N. ff. Reinfisch vor die abgepfändete Stück Rind-Viehes ihm dem Klägern zuentrichten und zubezahlen schuldig sey, als wir ihnen auch hiermit fällig darzu urtheilen. Uti vero sic reus solvere tenetur, quod auctor iuramento manifestavit; ita hic rem, vel praetenctionem vendere videtur, ut, si res quaedam actoris propria apud reum existat, hic dominus, illius fiat L. 9. ff. rerum amot. L. 26. §. 1. ff. d. R. V. Si vero aliena, ad praestandam evictiōnem teneri auctorem, non puto, arg. L. 35. §. 2. d. R. V. L. 10. An posse rer. amot. L. 14. §. 1. d. cond. furt. Antequam hinc abeamus, praefla- una supereft quaeſtio, quae non omitti meretur: utrum scil. tione m adverſus praeftitum iuriurandum hocce probatio, vel turvisin- demonstratio in contrarium admitti posſit? Ubi qui probatio randi Zen. dem negandum non eſt, plerosque Dd. exiftimare, eſſe contraria admittandam in contrarium probationem, praefertim admissa- fi per inspectionem ocularem contrarium illud demon- strari posſit. Ita ſentientes longa ſerie recenſet MASCARD. Vol. i. Concl. 472. n. 34. seqq. quae ſententia et ex eo robur ac- cipere videtur, quoniam etiam in aliis iuramentis neceſſariis, quae ob inopiam probationum deferuntur, probatio in con- trarium, ſi noviter repta, non eſt deneganda, L. 31. ff. d. iure- iur. GILHAUS. Arbor. iud. civ. cap. 6. part. 1. §. 170. n. 7. Sed neſcio, utrum haec convenient cum mente ZENONIS, quippe qui in odium vim committentis actori hoc indul- fit, ut sacramentum ſit loco probationis, ſatisque conſuluit iam reo, ut taxationem iudicis iuferit praecedere: poſtea vero, iuramento praefitto, in ſumman declaratam voluit eum condemnare. Et fane cum in caſu verfemur, ubi probatio diſſicillima, diſſicile etiam erit reo probationes contrarias reperire: quas ſi habuiffet, antequam iuratum eſſet, contra ta- xationem iudicis debuiffent adduci. C. Th. XXXVI. Qua de

50 DE SACRAMENTO ZENONIANO.

causa dicere mallem, iuramento praedito, ut tandem litium sit finis, non admittendam esse in contrarium probationem, *TIRAQU de Rer. Gent. §. 4. Gl. n. 281. GOD. ad L. n. L.* nisi magna causa id urgeat, aut per ocularem inspectionem manifestissime contrarium statim patefiat. *a. l. 5. §. 3. ff. d. in l. iur. Confer. HILLIG. ad DONELL L. XXVI. c. 6. l. c.*

*Usus Sa-
cramenti
Zen.*

XXXIX. Usum Constitutionis ZENONIANÆ, atque, quod ea continet, sacramenti, ut comprobem, non erit multis verbis opus; cum neminem sciām, qui in dubium illum vocet. Ipse sane *SIMON a GROENEWEGEN*, cuius alioquin omnis opera fere in eo posita est, ut, leges Rom. abrogatas esse, per suadere velit Lectori, ad hanc n. L. non negat illius usum; quin potius in Curia Hollandiae illum receptum esse testatur, ac in partes vocat *P. CHRISTIN. Vol. i. Dec 125.* qui Curiam Supremam Mechlinensem secundum nostram L. iudicasse tradit. De Gallia legi potest *BULGONY d. LL. abrog. l. 3. c. 77.* ubi suos omnes L. g. C. unde, vi, probare, et sequi autor est. Atque si forte quis *CYPRIAN REGNERUM* mihi obiiciat, qui in *Cens. Belg. ad L. 4. §. 3. ff. fin. reg.* iusurandum in item exolevisse scribit, falsum hoc respondeo, atque experientiae adversum esse; nec illumi de nostro agere nominati iureurando. Sane ex Dd. quos subinde in hac dissertatione excitavi, iudicia Germaniae, Italiae, et summum Imperii tribunal neutiquam abhorre re a delatione sacramenti ZENON. liquido ac manifeste comprobatur. Etsi vero in Saxonia, imo etiam, ut ostendit celeberrimus *SCHILFERUS Exerc. 23. n. 59.* in aliis Germaniae regionibus iam dudum ante admisum ius Romanum receptum fuit iusurandum minorationis, *der Minderrungs-Eyd.* quod reus praestare tenetur, si id, quod ab auctoritate petitum, praestare nolit: non tamen existimandum est, ideo iusurandum ZENONIANUM in Germania recipi non posuisse, aut, eo recepto, iuramentum minorationis abolitum fuisse. Namque plura remedia, auxiliave in republ. recipi, nihil novi est; nec pugna aliqua inter Ius domesticum, et Romanum oritur, si utrumque diversum fugge-

DE SACRAMENTO ZENONIANO. 51

suggerit modum iurandi. Erit ergo in arbitrio actoris,
quonam iure iurando causam velit decidi. Cui ZENO-
NIANUM sacramentum in nostra Saxonia longe utilius
faepe esse potest, quam minorationis: non tantum, quod
hoc adversarii conscientiae rem committat: sed etiam in
eo, quod ius iurandum minorationis saltem locum habeat
in casu violentiae expulsivae, et ablative, atque non, nisi
ante guaranda praestationem, et litis contestationem pe-
tatur, deferri posit. O. I. S. tit. 31. In quibus omnibus
latius patere ZENONIANUM, ex Th. XX. et XXVII. satis
apparet. Collegia etiam Saxonica sequi ZENONIANAM
Constitutionem pronunciando, praeiudicia, quae adduxi
in medium Th. XX. et XXXVII. abunde docent. Quin et legiis Sa-
edoctus sum, summum harum terrarum Tribunal in cau-
xonicis.
*Decerni-
tar in Col-*
fa Antonius Sohns contra Vizibum termino hyberno 1699.
et in causa Kaysers contra Taubenheim eodem termino
1700. sacramentum ZENONIANUM decrevisse.

XL. Haec de nobili argumento dixisse sufficiat: cui
qualicunq; operae dum finem impono, illud monere viuum
est, incidisse me, cum iam labor facili longe progressus es-
set, in Dissertationem Inaugur. BALTHASARIS STEUD-
NERI de Sacramento ZENONIANO M. DC LXXXII. Al-
torffi habitam, antea mihi nec visam, nec cognitam; ex
qua etiam nonnulla B. PETRUM MULLERUM excerptisse,
ac retulisse in Notas suas Struvianas tit. d. in lit. iur. Ex. 17. th.
69. postea vidi. Parum absuit, quin poenituisset instituti,
atque temporis laborisque in evolvendis interpretationum
libris consumpti, atque impensi. Postquam tamen differ-
entiationem illam inspexi penitus, expertus sum, quampluri-
ma superesse, quae ab eius Autore tacta non sunt, nec ina-
nem fore operam, si argumentum hoc, quod et aliis con-
tigit, denuo discuteretur. Hoc dum ego feci, lubens fa-
teor, nec iam a me pro dignitate atque amplitudine eius
satis excussum esse, ac haut pauca reperiri, in quibus et alii
ingenium exercere queant. Quodsi autem a me, ut non
dubito, male quaedam dicta, ea ut benignitas lectoris
emendet, rogo atque contendeo.

F I N I S.

ULB Halle
001 507 494

3



TA50L





1701
M
g
13

Q. D. B. V.
 DISPUTATIO INAUGURALIS IURIDICA
^{DE}
SACRAMENTO
ZENONIANO,
Ad L. IX. C. Unde vi,
 Quam
 Ex Decreto Magnifici ICtorum Ordinis,
In Illustri Academia Vitembergensi, 16½/
 SUB PRAESIDIO
D. CASP. HENR. HORNII,
 ICti, et Antecessoris, Curiae Electoralis Provincialis, Scabinatus
 et Collegii Iuridici, nec non Iudicij Provincialis in Lusatia
 Inferiore Assessoris,
 Patroni, et Doctoris Sui Devenerandi,
PRO LICENTIA
 Summos in utroque Iure Honores et Privilegia
 DOCTORALIA capeſſendi,
IN AUDITORIO MAIORI,
 Die XIX. Decembr. c. 15 I. GCI.
 horis ante- et pomeridianis
 publice habebit
CHRISTIAN. Zemnich Belgera Misnic.
 REGIS Poloniar. et ELECTORIS Sax. in Circulo Electorali Rediruum Pro-
 vincialium Procurator, et Consistorii Ecclesiastici Vitemberg. Advocatus
 Ordinarius.

VITEMBERGAE, Literis CHRISTIANI GERDESI.

